3 1197 23794 6345
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY

LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION

Vault
093
C714
1477
#2

LIBRAIRIE
Fl. Tulkens
BRUXELLES

Double

BIBL. PUBL.
BASILEENSIS.

Regiſtrū Q.A. Pediani.

A

Vacat
Q.A. pedianus.
lautiorem
a ciuibus in
qui fuit pater.
B aut occiſi
uiſum eſt
iudicū ꝓnuncia-
C Milo apud
ſuſtulit alias
apparet eum
tuliſſent non
D tabellas
hic quem
cum ſucceſſiſſet
quas iuſto
E Quoſq; ſe
rem inauditam
daret qua
biduo breuiorē
F in leges
bene hęc
audentē adeſſe
teſtes dicebant
G poſcūt ma
inter in federibus
dolobellę cum
deſerat

FINIS.

Regiſtrū Georgii trabezūtii.

A

Georgii trabezū
natura rerum
nō eodem mō
affirmationis
B repetitio ad
nā ſi uniuerſa
ꝙ ſi ſingula
id rōnibus
ubiq; frangere
C Non ergo
ſi pro no.
cū Pōpeianis
aperirent nam
D ac enumera
maxime qui
nec tamen

FINIS.

Regiſtru; Antonii Luſchi.

A

Vacat
Antonii luſchi
magr̄a dirigere
ornatior inter
ne prohemio
B Epilogus
ſociorū cum
hoc uerbum
ad eum locum
C fatetur an
eſt ſingulare
captans beniuolē
reliquit male
ueritatem
D attributum
coniecturalis
ſi eam ulterius
uoluntate
E monſtraue
ꝙ ſi adhuc.
fuiſſe eſt
aliarum
F ſubiectione
neganda fere
prolixitatis
G Omnia ge
& poetę
confirmatio
quotiens ego
H Cęſarē quie
certa ueſtigia
patrem eadem
apud iudicem
I ubi incipit
Cęſarem &
ultimū eſt
ſaſiam ſuam
k aduerſarii
ſimulandum
deinde negat
ad illum locum
L Epilogus
uadimonium
adiutor bonorū
unū a prouincia
M Argumētū
Tertio cōfirmat
opprimere

UPE

Ex libris Ioan: Collini

Q.A. Pedianus. ĩ ſenatu cõtra.L.Piſonem.

h Aec oratio dicta eſt.Cn.Pompeio magno.ii. Marco Craſſo.ii.coſſ.ante paucos dies q̃ Cn Pompeius ludos faceret quibus theatrum a ſe factum dedicauit.hoc intelligi ex ipſiꝰ Ciceronis uerbis põt:quę in hac oratione poſuit.dixit enim ſic.Inſtant poſt hominũ memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimiq; ludi.Feneſtella quidem poſuit hanc inter eas orationes quas dixit Cicero.L. Domitio appio Claudio coſſ. ultimam.Sed ut ego ab eo diſſentiã facit primũ ꝙ Piſo reuerſus eſt ex prouĩtia Pompeio & Craſſo coſſ.Gabinus Domitio & Appio.Hanc aũt orationem dictam ante Gabini reditum ex ipſa manifeſtum eſt.Deinde magis quod naturale eſt in ipſo recenti reditu inuectus ſit in Ciceronem.reſponderitq; inſectationi eius quare uocatus erat ex prouintia q̃ poſt anni interuallum. Apparet aũt Ciceronẽ reſpondiſſe Piſoni in ſumma cum dicẽs ipſa oratione Cicero inſtare magnificẽtiſſimos apparatiſſimoſq; ludos.non uideo quomodo hoc magis Domitio & Appio coſſ.dictum ſit quibus coſſ.nulli notabiliores ludi fuerunt q̃ Pompei & Craſſi quo anno Pompeius exq̄ſitiſſimis magnificentiſſimiſq; oĩs generis ludis theatrũ dedicauit.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius orationis breue admodũ eſt. nam cum reuocati eſſent ex prouintiis Piſo & Gabinis ſentẽtia Ciceronis quã dixerat de prouĩtiis cõſularibus Lentulo & Philippo coſſ. reuerſus in ciuitatem Piſo de inſectatione Ciceronis in ſenatu cõqueſtus eſt & in eũ inuectus:fiducia maxime Cęſaris generi qui tum Gallias obtinebat.Piſoni Cicero reſpõdit hac oratiõe

ENARRATIO.

Circa Vers.A.primo.

Quod minimũ ſpecimẽ in te ingenii:ingenii aũt:immo ĩgenui hominis ac liberi:qui color:ore ipſo patriam aſpernaris. oratõe genus moribus nomẽ.Tam &ſi hęc oratio inſcribitur in.L.Piſonem:tamẽ non puto uos ignorare hunc Piſonẽ ex ea familia eẽ quę frugi appellata ſit:& ideo dicit aſpnari eũ moribꝰ nomẽ

CIRCA VERS. LXXX.

Hoc non ad contemnēdam placentiam pertinet. unde ſe is ortū
gloriari ſolet: neq; enim hęc mea natura fert: nec municipii pre-
ſertim de me optime meriti dignitas patitur. Magnopere me he
ſitare confiteor quid ſit quare Cicero placentiam municipium
eſſe dicat. Video enim in annalibus eorum: qui punicū bellum
z^m ſcripſerunt tardi placentiam Coloniam deductam pr. kalen.
Ian. primo anno eius belli Cornelio Scipione patre Africani pri
oris. T. Sēpronio lōgo coſſ. Neq; illud dici poteſt: ſic eam Co
loniam eſſe deductam quemadmodum poſt plures ętates Cn.
Pompeius Strabo pr̄. Cn. Pompei magni tranſpadanos coloni
as deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis ea conſtituit:
ſed ueteribus īcolis manētibus ius dedit latii: ut poſſent habere
ius quod cęterę latinę Colonię: id eſt ut petendi magiſtratus ci
uitatem Romanam adipiſcerētur. Placētia autem ſex millia ho
minum noui coloni deducti ſunt in quibus equites deducendi
fuit cauſa ut opponerentur Gallis qui eam partem Italię tenebāt
Deduxerunt triūuiri. P. Cornelius aſina. P. Papirius Maſo Cn.
Pompeius. Cn. Cornelius Scipio eamq; coloniam liii. deducta
ineſſe inuenimus. Deducta eſt autem Latina: duo porro genera
earum coloniarum quę a p. r. deductę ſunt: fuerunt itaq; alię lati
norum eſſent. De ſe autem optime meritos placentinos ait qd̄
illi quoq; honoratiſſima decreta erga Ciceronem fecerunt: certa
uerantq; in ea re cum tota Italia cum de reditu eius actum eſt.

PAVLO POST.

De auo Piſonis materno. hic cum ad om placentię
foret conſedit & pauci in eam ciuitatem nā tum
erat aſcendit. prius enim Gallus de ing alica
extremus Placentinus haberi eſt hoc quoq; dicit
ciuitatem fuiſſe. ab eadem perſuaſione ponit Placentiam muni
cipium fuiſſe. Auum autem Piſonis primo Gallum fuiſſe: ideo
ait qd̄ ueniſſe eum in Italiam dicit tranſalpis
qd̄ in Italia cōſedent Placentinę poſtq̄ ad accitus ſit a placenti
auus multo poſt ea tempora fuit qb⁹ Placentia Co
lonia deducta eſt.

CIRCA VERS. A. PRIMO.

Lautiorem pater tuus ſocerum q̃.C.piſo in illo luctu non ei filiam meam collocaui quem ego poteſtas tum omnium fuiſſet unum potiſſimũ delegiſſem. Quis fuerit ſocer Piſonis pater ipſe ſupra dixit his uerbis. Inſuber quidam fuit:id eſt mercator & preco. is cum Romam cum filio ueniſſet adoleſcentẽ nobilem caeſonia; hominis furaciſſimi filium auſus eſt appellare. filiam collocauit:caluentinum aiunt eum appellatu; ſępius. Piſonis contra quem hęc oratio eſt ſocerum rutilium Atilium nudu; Feneſtella tradit. Cicero filiam poſt mortem Piſonis generi. P Lentulo collocauit: apud quem illa ex partu deceſſit.

CIRCA VER.A.PRIMO. CCLXX.

Ego in.C.Rabirio perduellio xxxx.annis ante me coſ.interpoſita ſenatus autoritatem ſuſtinui contra inuidiam atq; defendi. Poſſit aliquis credere Ciceronem quidẽ dicat xl annis factum eſſe ut ex.S.C. uerſus L. appulcium ſaturninum tribunũ plebis numerẽt.C. enĩ Mario Cn. coſſ. ſed hic non ſubtilis computatio annorũ facta eſt ueru; ſummatim tempus comprehẽſum eſt ut proinde accipere:ac ſi uixerit prope xl.annis hęc conſuetudo in ipſius Itaq; idem Cicero in ea quoq; quam habuit in Catilinam in ſenatu ait. Octauus decimus dies eſt poſteaq̃ factum.S.C. ut uiderent coſſ. neq̃d reipublici detrimenti caperet: dixit uigeſimũ diẽ habere.S.C.tanquã.

CIRCA VERS.A.PRIMO.CCC.

Ego cum in contione abiens magiſtratu a tr. pl'.dicere prohiberer ea quę conſtitueram cum is mihi tãtũmodo iurare permitteret:ſine ulla dubitatione iuraui rempublicã atq; hanc urbem mea unius opera eſſe ſaluam. Diximus iam antea a Q. Metello nepote tr.pl'.Ciceronem conſulatu abeuntem prohibitum eſſe concionari de rebus quas in eo magiſtratu geſſit.

CIRCA VER.A.PRIMO.CCCXX.

Dicit de ludis compitaliciis quos Q. Metellus fieri uetuit.

Facio iniuriam fortiſſimo uiro mortuo:qui illum cuius pau
cos pares hęc ciuitas tulit cum hac importuna belua conferaꝫ
ſic ille de ſicco ſiccum quidam trib.ple.ſuo auxilio magnos
ludos contra S.C.facere iuſſiſſet. priuatus fieri uetuit. tum
cum kalen.Ian̄.compitaliciorum dies ĩcidiſſet: ſex.Clodiū
qui nunquã ante prętextato ludos faceret & prętextatum uo
litare paſſus.L. Iulio.C. Mario. coſſ. quos & ipſe Cicero
ſupra memorauit.S.C.collegia ſublata ſunt quę aduerſus rē
publicam uidebantur eſſe ea ſolebāt
autem magiſtri collegiorum ludos facere ſicut magiſtri ui-
corum faciebant compitalicios prętextati: qui ludi ſublatis
collegiis diſcuſſi ſunt:Poſt nouem deinde annos q̃ ſublata
erant. P.Clodius tr.pl̄.lege lata reſtituit collegia. Inuidiam
ergo & crimen reſtitutorum confert in Piſonem:ꝙ cum coſ
eſſet paſſus ſit antequã lex ferretur facere
prętextatum ludos ſex.Clodium Is fuit familiariſſimus clo
dii & operarum clodianaruꝫ dux quo auctore poſtea in lato
ab his corpore Clodii curia cum eo incenſa eſt: quos ludos
tunc quoqꝫ fieri prohibere tentauit.L.Munius tribunꝰ plebis
Ante biennium autem antequã reſtituerētur collegia.Q.Me
tellus Celer coſ.magiſter ludorum ludos compitalicios fa-
cere prohibuerat(ut Cicero tradit)q̃uis auctore tri.pl̄.fierent
ludi:cuius tribuni nomē adhuc non inueni.

PAVLO POST.

Ergo his fundamentis poſitis conſulatus tui triduo poſt in-
ſpectante te & tacente a fatali portento prodigioqꝫ r.pub.lex
ęlia & fuſia euerſa ē propugnacula muriqꝫ trãquillitatis atqꝫ
ocii Collegia non ea ſolum quę ſenatus tulerat reſtituta:ſed
innumerabilia quędã ex omni fere urbis ac ſeruitio cõcitata.
Ab eodem homine ut ſtupris ĩauditis nephariiſqꝫ uerſato ue
tus illa magiſtra pudoris & modeſtię cenſura ſublata eſt.

Diximuſ.L.Piſone & Gabino coſſ.P.Clo
dium tr.pl̄.quatuor leges pernicioſas p.r. tuliſſe annonianaꝫ
de qua Cicero mētionem hoc loco non facit. fuit enim ſum
me popularis ut frumentum populo qđ antea ſenis ęris

a ciuibus in ſingulos modios dabatur gratis daretur. Alterã nequis per eos dies quibus cum populo agi liceret de cęlo ſeruaret: propter quam rogationem ait legem fuſiam & ęliam ꝑ pugnacula & muros tranquillitatis atq; otii euerſa eſſe. obnũciatio enim qua pernicioſis legibus reſiſtebatur: quã ęlia lex confirmauerat erat ſublata. Tertiam de collegiis reſtituẽdis nouiſq; inſtituẽdis: quam ait ex ſeruitiorum fece conſtitutã. Quartam ne quem cenſores in ſenatu legendo pręteriręt: neue qua ignominia afficerent: niſi qui apud eos accuſatus & utriuſq; cenſoris ſententia damnatus eſſet. hac ergo eius lege cenſuram: quę magiſtra pudoris & modeſtiae eſt ſublatam addit.

PAVLO POST.

Perſequere cõtinẽtes his funeribus dies pro Aurelio tribuno nec annuente quidẽ te ꝙ ipſum eſſet ſcelus: ſed etiam hilarioribus oculis q̃ ſolitus erat intuente: dilectus ſeruorum habebat̃ ab eo: qui nihil ſibi unquã nec facẽ nec pati turpe duxit. Profecto intelligitur. P. Clodium ſignificari.

CIRCA VER. A. PRIMO.

Dicit de Caſtoris templo: id autem templum ſublato aditu reuolſis gradibus a coniuratorum reliquis atq; Catilinę pręuaricatore quondam tumultuarum is tenetur: Catilinã; lege repetundarum abſolitum eſſe: accuſante. P. Clodio. iam dictum eſt.

STATIM.

Cum equites ꝛ uiri boni lapidibus e foro pellerentur. T. Clamiam a gabinio coſ. edicto religatum eſſe iam diximns.

CIRCA VERS. PRIMVM. DCXX.

Selapſia me Hercule ut dici audiebãt te uti primũ aſpexit cãpanũ coſ. repudiauit. dictũ ẽ ĩ diſſuaſiõe legis agrarię apud populũ plateã eſſe capuę quę ſelapſia appellatur: ĩ qua unguẽtarii negociari ſint ſoliti. Ergo eos quoq; qui in ea platea negociarẽtur: dicit inuitos Piſonem uidiſſe cum capuam coſ. uenit quidẽ eos a quibus ille expulſus erat adiuuiſſet.

CIRCA VERS.A.PRIMO DCXX.

Et quod in hac urbe maius unquã incendium fuit: cui non coſ.ſubueniret. At tu illo ipſo tempore apud ſocium tuam: cui domum meam exhauriendam patefeceras ſedebas.poſt profectionem ex urbe Ciceronis bona eius.P.Clodi⁹ publicauit:poſtquam direpta ſunt omnia quę aut in domo:aut in uillis fuerunt:& ex eis ad ipſos collata complura:domus direpta primum deinde inflammata ac diruta eſt.Socrus Piſonis quę fuerit inuenire non potui:uidelicet ꝙ auctores rerum non perinde in domibus ac familiis foeminarũ:niſi illuſtriũ ac uirorum nomina tradiderunt.

PAVLO POST.

Ac ne tum quidẽ emerſiſti lutulento ceſo e miſerimis naturę ſordibus:cum ex ꝑ orrecta tandem uirtus celeriter & uerum amicum & optime meritum ciuem & ſuum priſtinum morẽ requiſiuit Profecto.Cn.Pompeium ſignificari intelligis.

CIRCA VERS.A.PRIMO.DCCC.

De me cum omnis magiſtratus promulgaſſent preter unum prę̨t.a quo non fuit poſtulandum fratre inimici mei preterꝙ duos de lapide emptos tribunos legem comiciis centuriatis tulit.P.Lentulus coſ.frater ille inimici mei.id eſt.P.Clodii ap.claudius ſicut iam ſępe ſignificabitur fuit frater. duos tribunos de quibus ipſis quoque iam diximus:quos de lapide emptos ait:quia mercede id faciebant.ſex. ſtatilium ſerranũ. &.Q.numerium ſignificat.

CIRCA MEDIVM.

Appellatus eſt hic ueteris illius prouintiae ſi dis placet imp. ne tum quidem Paule noſter tabellas cum lauſea romã mittere audebas Confido uos ĩtelligere.L.Paulũ hunc ſignificari

qui fuit pater naturalis Africani poſterioris: de Macedonia atq; ultimum eius de rege triumphauit. Macedoniam autẽ Piſo in quem hęc oratio eſt obtinuit: propter qđ Paulum eum appellat: irridens eum q ibi ſe non proſpere geſſit.

CIRCA MEDIVM.

Marcellus qui ter cõſul fuit ſumma pietate: gloria militari perit in mari: qui tamen ob uirtutem gloria & laude uiuit. Fortaſſe quęratis quem dicat Marcellum. fuit autem. M. Marcelli eius qui bello punico ſecũdo Siracuſas uicit & v. conſulatus adeptus eſt. Hic autem Marcellus de quo Cicero dicit naufragio ad ipſam Africã periit: paulo ante cęptũ bellum punicum tertium. Idem cum ſtatuas ſibi ac patri: itemq; auo poneret in monumentis aui ſui ad honoris & uirtutis decorem ſubſcripſit. hi Marcelli nonies coſ. auus quĩquies: pater ſemel. itaq; neq; mentitus eſt: & apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit.

CIRCA VERS. A. NOV. DCCC.

Me conſequẽtibus diebus in ea ipſa domo qua tu me expuleras quam incenderas pontifices coſſ. pręt. collocarũt: mihiq; q antea memini pecuniam publicam ad edificandam domum cenſuerunt. hoc Cicero oratorio more non hiſtorico uidetur poſuiſſe: nam multis ętatibus ante Ciceronē nulli id contigiſſe uerum eſt. nemini uero unquã antea: uideamus ne parum caute dicamus. Antiquis enim tẽporib⁹ idem contigit. nam Valerio maximo (ut Antias tradidit) ĩter alios honores domuſq; publice edificata eſt in palatio cuius exitus quo magis inſignis eſſet: & in publicũ uerſus declinaretur. hoc eſt extra priuatum aperiretur. Varronem autem tradere. M. Valerio: quia ſępius uicerat: edes in palatio tributas. L. Higinius dicit in libro priore de uiris claris P. Valerio uoleſi filio publicole edium repul.

Cotha

cum ſub uelis ubi nunc edis uictorio eſt populum ex lege quam ipſe tulerat conceſſiſſe tradunt: & Antiochi regis filio obſidi domum publice edificatam: inter quos Atticus in annale quę poſtea dicit Lucii poetę fuiſſe. Varro quoq; in libro.iii.de uita.p.r.quo loco refert q̄ gratus fuerit erga benemeritos dicit minime ꝙ in Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad nos ciuitatem Romę datam edeſque & pecuniam ex ęrario. Videamus tamen nō ideo Cicero dicat ſibi quod antea nulli domum pecunia publica ex ęrario edificatam: quia illis aut locus publice datus ſit: aut dom⁹ quę non fuerat eorum: qua propter illos publico ſumptu edificate. Ciceronis domus quę fuerat ipſius & diruta atq; incēſa erant: & conſecrata publico ſumptu edificata ſit. qđ nouum & huic primo aut adhuc etiam ſoli contigit.

Gratus fuit p.ro. erga benemeritos

CIRCA VERS.A.NOVIS.DCCCXX.

O ſtultos Camillos. Furios. Fabricios. Calatinos. Scipiones: Marcellum maximos ſo ornamētum Paulum ruſciu; marium nullius conſilii patres horum auorum conſulum qui triumpharunt. Diximus hanc orationem eſſe dictam Cn. Pompeio magno.ii.M. Craſſo.ii.coſſ. pompei pater bello italico de picētibus. M. Craſſi pater. P. Craſſus ante bellum Italicum de Hiſpanis triumphauit.

pompei pater

CIRCA VERS.A.NOV. DCLX.

Eadem cupiditate uir ſummo ingenio praeditus Cotta nullo certo hoſte flagrauit eorum neuter triumphauit: ꝙ alteri illu; honorē collega: alteri mores ademit. Credo uos querere & quis hic Cotta: & quis ille collega Craſſi fuerit. fuit autē. C. cotta orator ille compar. P. Sulpitii: qui eſt in dialogis Ciceronis de oratore ſcriptis: cū decretus illi eſſet triūphus mortuus eſt ante diem triūphi: cum cicatrix uulneris eius: quod ante plures annos ī proelio acceperat reſciſſa eſſet. Repēte autē Craſſo collega fuit. Q. Sceuola pōtifex qui cum aīaduerteret Craſſo propter ſummā eius in repu. potentiam ac dignitatē: ſenatum in decernendo triumpho

Cotta

gratificari non dubitauit.r.p.magis q̃ collegę habere ratio nem.ac ne fieret.S.C.interceſſit. Sed idem prouinciã:cui⁹ cupiditate plerię etiam boni uiri deliquebant depoſuerat: ne ſumptui eſſet oratio.

STATIM.

Irriſa eſt a te Paulo ante.M.Piſonis cupiditas triumphãdi a qua te longe dixiſti abborrere:qui etiã ſi minus magnum bellum geſſerat iſtũ honorem emittẽdum nõ putauit puer eruditior q̃ ipſe[.] Quis hic.M. Piſo fuerit credo uos ignora re.fuit aũt(ut puto iam nos dixiſſe)P.Piſo eiſdẽ tẽporib⁹ quibus Cicero:ſed tãto ętate maior ut adoleſcentulũ Cice ronem pater ad eũ deduceret:ꝗ in eo etiã quę uitę ſimilitu do & multę erant litterę:orator quoq; q̃ frequẽtior habitus eſt.biẽnio tamẽ ſeruis q̃ Cicero coſ.fuit.triũphauit procoſ de Hiſpania.Q.Hortenſio.Q.Metello cretico coſſ. ante Ciceronis conſulatũ[.]Inſtant poſt hominũ memoriã appa ratiſſimi magnificẽtiſſimiq; ludi quales nõ modo unquã fuerũt:ſed ne mõ quidẽ fieri poſt hac poſſint poſſum ullo pacto ſuſpicari[.]Cn.põpeii ludos ſignificat quib⁹ theatrū a ſe factũ dedicauit.quib⁹ ludis elephantorũ pugnã prim⁹ omniũ dedit in circo.

VER.A.VIS.DLX.

Eſt qdẽ grec⁹ qui cũ iſto uiuit homo uere ut dicã.ſic enim cognoui human⁹:ſed tam diu:aut cũ aliis eſt:aut ipſe ſecũ Filodemũ ſignificat:qui fuit epicureus illa ętate nobiliſſi mus:cuius & poemata ſunt laſciua.

CIRCA VERS.ANVOS. CCCXX.

Qꝫ q̃ qđ ad me attinet nunquã iſtam ĩminuã curam infici ando tibi prope notius eſt:q̃ ut iudicandũ ſit hunc uerſum eſſe.L.acci.poete & dici athieſte atreo.

CIRCA VER.A.NO.CC.

Quod populari illi ſacerdoti ſexcẽtos ad beſtias ſotios ſti pẽdiarioſq; miſiſti manifeſtum eſt.P.Clodiũ ſignificari.

CIRCA VER.A.NOVIS.CXX.

M piſo

Ludi Cn pom elephantorum pugna

L acc[i]us

Et quid uides & quid ſētis.lege iudiciaria lata q̄d poſt hac ſumus habituri.] Legem iudiciariā ante aliquot annos quibus temporibus accuſatus eſt uerres a Cicerone: tulit Aurelius Cotta pretor: qua cōmunicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus Romanis & tribunis ęrariis.rurſus deinde Pompeius in cōſolatu ſecūdo quo hęc oratio dicta eſt promulgauit: ut ampliſſimo ex cenſu ex cēturiis aliter q̄ antea lecti iudices ęque tamen ex illis tribus ordinibus res iudicarent.

CIRCA VER.AN.VO.LXXXX.

L.opimius eiectus patria eſt: qui & poſt pręturam & coſ. maximis periculis rempublicam liberarat. non in eum cui facta iniuria eſt: ſed in eis qui fecerunt: ſceleris & conſciētię poena remanſit] Notum eſt Opimium in pręturа fregellas cępiſſe: quo pacto uiſus eſt caeteros quoq; nominis latini ſotios male animatos repreſſiſſe. eundēq; in conſulatu fuluium Flaccum conſularem: &.C.Gracchum Tribunitium oppreſſiſſe. ob quam inuidiam poſtea iudicio circūuentꝰ eſt: & in exilium actus.

Q.ASCONI PEDIANI.IN.L.PISONEM.

PRO.M.SCAVRO.

b Anc quoq; orationem eiſdem coſſ.dixit quibus pro uatinio.L.Domitio a Henobardo & Appio Claudio pulchro coſſ. ſummus iudicii dies fuit a iiii.non̄. ſeptembris.

ARGVMENTVM HOC EST.

Marcus Scautus.M.ſcauri filius: qui princeps ſenatus fuit: uictricū habuit Syllā q̄ uictore & munifico ī ſotios uictorię ita abſtinens fuit: ut nihil neq; donari ſibi uoluerit: neq; ab aſta emerit ędilitatē ſūma magnificētia geſſit: adeo ut ī eiꝰ īpēſas opes ſuas abſūpſerit magnūq; ęs alienū cōtraxit.

Ex prętura prouinciam Sardiniam obtinuit in qua neq; ſatis abſtinēter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt & ualde arrogāter. qđ genus morum in eo paternū uidebatur: cum cętera induſtria nequaquā eſſet par. orat tamen aliquādo inter patronos cauſarum. ſed poſtquā ex prouincia redierat dixerat pro. C. Catone: iſq; erat abſolutus ad iii. nonas quint. ipſe cum ad conſulatus petitionem ad. iii. kalen. quint. Romam rediſſet quęrentibus de eo Sardis a p. Valerio Triario adoleſcēte parato ad dicendum & note induſtrię filio eius qui in ſardinia contra M. Lepidum arma tulerat: & poſt in Aſia legatus pōtoq; L. Luculli fuerat cum is bellum cōtra Mitridatem gereret: poſtulatus apud. M. Catonem pret. repetundarū ut in actis ſcriptum eſt pri. noñ. quintil. poſt diem tertium q̄ Cato erat abſolutus. Subſcripſerunt Triario ī Scaurum. Q. Marius. L. F & . Q. Pacuuii fratres cognomine Claudii: qui inquiſitionē in Sardiniam itemq; in corſicam inſulas dies tricenos acceperunt: neq; profecti ſunt ad inquirendum. cuius rei hanc cauſam reddebant: ꝙ interea comitia conſularia futura erant. timere ergo ſe ne Scaurus ea pecunia quam ab ſociis abſtuliſſ; emeret conſulatum: & ſicut pater eius feciſſet antequā de eo iudicari poſſet magiſtratum iniret: ac rurſus ante alias prouīcias ſpoliaret q̄ rationem prioris adminiſtrationis redderet Scaurus. ſummam fiducia; in paterni nominis dignitate magnam in Cn. Pompeii magni reponebat. habebat enim filiu; liberorum Cn. Pompeii fratrem. nam tertiam ſceuolę filiam dimiſſam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem qui id iudicium (ut dixim⁹) exercebat: metuebat admodum propter amicitiam quę erat illi cum Triario. nam Flaminia triaria mater & ipſe Triarius ſororem Catonis ſeruilia; quę mater. M. bruti fuit familiariter diligebat. Ea porro apud Catonē maternā obtinebat auctoritatē: ſ; in eo iudicio neq; pōpeius propēſum adiutoriū prębuit. Videbať enī apđ animū ei⁹ nō min⁹ offēſiōis cōtraxiſſe ꝙ iudiciū ei⁹ in

Muciam crimine impudicicię ab eo dimiſſam leuius feciſſe
eſtimaretur cum eam ipſe probaſſet: quã gratię acquiſiſſe ne
ceſſitudinis iure: ꝙ ex eadem uterq; liberos haberet. Neque
Cato ab equitate ea quã & uitam eius & magiſtratum illum
dicebat quoquã deflexit. Poſt diem autem quartam quam
poſtulatus erat Scaurus. Fauſtus Sylla tum quęſtor filius ſyl
lę foelicis frater ex eadem matre Scauri: ſeruus eius uulneratꝰ
proſiluit ex lecticis: & queſtus eſt pro interempto: eſſe com
petitionibus Scauri: & ambulare cum trecẽtis armatis: ſeq; ſi
neceſſe eſſet uim ui repulſurum. Defenderunt Scaurum ſex
patroni cum ad id tempus raro quiſquã pluribus q̃ quattuor
uteretur: ac poſt bella ciuilia ante legem iuliã ante duodenos
patronos eſt prouentum. fuerunt autem hi ſex. P. Clodius
pulcher. M. Marcellus. M. Calidius. M. Cicero. M. Meſſala
niger. Q. Hortenſius. ipſe quoq; Scaurus dixit pro ſe: ac ma
gnopere iudices mouit: & ſqualore & lachrymis & edilitatis
effuſa memoria: ac fauore populari: ac precipue paternę au
ctoritatis recordatione.

ENARRATIO.

CIRCA VER. PRIMVM. XXXX.

Cum enumeraret iudicia: quę pater Scauri expertus eſt: ſubit
etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio. tri. ple. Do
mitius qui coſ. fuit cum Caſſio: cum eſſet tribunꝰ plebis ira
tus Scauro ꝙ eum in augurum collegium non cooptauerat
diem ei dixit apud populum & multam irrogauit: ꝙ eius
opera ſacra multa po. Ro. diminuta eſſe diceret. Crimini da
bat ſacra publica po. Ro. deum penatium: quę lauini fuerunt
opera eius minus recte caſteq; fieri: quo crimine abſolutus ē.
Scaurus quidẽ: ſed ita ut a tribus tribubꝰ dãnaretur: a xxxvii
abſolueretur: & in eis pauca puncta. puncta inter damnatio
nem & abſolutõnem intereſſent. Ibidem reus eſt factus a Q
Seruilio Cepione lege ſeruilia cũ iudicia penes equeſtrẽ ordi
nem eſſent: &. P. Rutilio dãnato nemo tam innocẽs uideret
ut non timeret illa. Q. ſeruilius cepio ſcaurum obligationis

aſiaticę inuidiã & aduerſus leges pecuniarũ captarum reum fecit repetundarum lege quam tulit Seruilius Claudia Gracchia. Scaurus tanta fuit continentia animi & magnitudine ut Cepionem contrarium detulerit & breuiore die ĩquiſitionis accepta effecerit: ut ille prior cauſam diceret. M. quoque Druſum tri. pl. cobortatus ſit: ut iudicia cõmutaret. Ibidem ab eodem etiam lege uaria caſtos ille relip. proditionis eſt in crimen uocatus uexatus a. Q. Vario tri. ple. eſt non multo ante. Italico bello exorto cum obſociis negatam ciuitatem nobilitas in inuidia eſſet. Q. Varius trib. ple. legem tulit ut quęreretur de bis quorum ope conſilio ut ſotii contra P.R. arma ſumpſiſſent. Tũ Q. Cepio uetus inimicus Scauri ſperans inueuiſſe ſe queſtionem opprımẽdi eius: egit ut Q. Varius tri. ple. belli concitati crimine adeſſe apud ſe Scaurum iuberet anno lxxii. Ille per uiatorem accerſit⁹ cum iam ex morbo male ſolueretur diſſuadentibus amicis ne ſe in illa ualitudine & ętate inuidię populi obiceret inimic⁹ nobiliſſimis iuuenibus proceſſit in forum: deinde accepto reſpondendi loco dixit. Q. Varius biſpanus. M. Scaurum principem ſenatus ſocios ni arma ait cõuocaſſe. M. Scaurus princeps ſenat⁹ negat (teſtis nemo eſt) utri uos quir. conuenit credere! Qua uoce ita omnium cõmutauit animos ut ab ipſo etiam tribuno dimitteretur. Dicit iterum de patre. M. Scauri. Non enim tãtum admiratus ſum ego illum uirum ſicut omnes. ſed etiam pręcipue dilexi. Primus enim me flagrantẽ ſtudio laudis in ſpecie impulit poſſe uirtutem ſine pręſidio fortunę: quo cõtendiſſem labore & conſtantia peruenire. Poſſit aliquis quęrere cur boc dixerit Cicero. cum ſcaurus patricius fuerit. quę generis caritas etiã inertes bomines ad ſummos bonores ꝓuexit. Verum Scaurus ita fuit patricius ut trib⁹ ſupra cũ ętatibus iacuerit domus eius fortuna. nam neq; pater: neq; auus neq; etiam proauus (ut puto) propter tenues opes & nullam uitę ĩduſtriam bonores adepti ſunt. itaq; Scauro ęque ac nouo bomini laborandum fuit.

Si me bęcule iudices ꝑ. l. tribulo dicerẽ quẽ unũ & oĩ mẽoria

Continentia ani mi Scauro

Italicum bellum vel Sociale

Patricius

pro M

ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepim⁹: tamē nō timerem uenenum hoſpiti: aut conuiue ſi diceretur cenanti ab illo datū cui neq; hęres neq; iratus fuiſſet. L. hic tribullus pręcorius fuit ętate patrum Ciceronis: is propter multa flagicia cum de exilio accerſitus eſſet ne in carcerem necaretur uenenum bibit.

CIRCA TERTIAM PARTEM.A.PRIMO.

Audimus.hoc uero meminimus ac pene uidimus eiuſdē ſtirpis & nominis.P.Craſſum ne in manus incideret inimicorū ſeipſum īteremiſſe. hic Craſſus fuit pater craſſi eius qui emulus potentię Cn.Pompei fuit.Perit autem in dominatiōe.L cinne cum ille & alios principes optimatum & collegam ſuū Cn.octauium occidit.

STATIM.

Ac neq; illius Craſſi factum neq; ſuperioris hiſdem honoribus uſus qui fortiſſimus in bellis fuiſſet.M. aquilius potuit imitari. hęc uerba quibus Cicero nūc utitur:ac neq; eam uidētur habere naturam ut ſemel poni non ſoleant:quia eſt coniūctio diſiūctiua ſed ſemper poſtulat ut rurſus inferaſ:& neq; cum dicimus ut neq; hoc neq; illud.quo autem cāu acciderit qua ue ratione ut hoc loco Cicero hoc uerbo ita uſus ſit:preſertim cum adiecerit illam appoſitionem ut nomen intulerit poſtea alterum:neq; perſpicere potui & attēdendum eſſe ualde puto. Moueor enim merita uiri auctoritate neq; ignoro aliquando hoc uerbum neq; uel ſemel poni:ut in eadem hac oratione ante ipſe Cicero poſuit.Sic inquā ſe iud.res habet. neq; hoc a me nouum diſputatur: ſed quęſitum ab aliis eſt. Sed hoc loco ut ſine prępoſitione illius uerbi uideamus eſſe poſitum & tamen quo ſit ſecundū aliquid inferri. nam cum dixerit neq; hoc a me nouum diſputatur infert:ſed quęſitū ab aliis eſt.

PAVLO POST.

Quid uero alterum Craſſum temporibus eiſdem: nam aut clariſſimi uiri Iulii:aut ſummo īgenio preditus Marcus Antonius potuit imitari. Hic alter Craſſus idem eſt de quo

ſupra diximus. Alterum autem eum appellat: quia ante mentionem fecit. P. Craſſi qui fuit pontifex maximus & bello ariſtonici in Aſiam dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum dedit duos cęſares fratres. C. & . L. ſignificat: ex quibus. L. & coſ. & pretor fuit. C. Edilicius quidem occiſus eſt: ſed tantum in ciuitate potuit ut cauſa belli ciuilis contentio eius cum Sulpicio tribuno fuerit: nam & ſperabat & id agebat cęſar: ut omiſſa pretura coſ. fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpitius reſiſteret: poſtea nimia contētione ad ferrum & ad arma proceſſit. Idē inter primos temporis ſui oratores & tragicus poeta bonus admodum habitus eſt. huius ſunt enim tragedię: quę inſcribuntur Iulii: & hi autem Iulii & Antonius ab ſatellitibus Marii ſunt occiſi cum Craſſus (ut ſupra diximus) eundem caſum ſua manu pręueniſſet.

CIRCA MEDIVM.

Neq; uero hęc ipſa quotidiana res Appium Claudium illa humanitate & ſapientia pręditum per ſe ipſa mouiſſet: niſi hunc Claudii fratris ſui competitorem fore putaſſet: qui ſiue patricius ſiue plebeius eſſet. nōdum enim certum conſtitutum erat: cum illo ſibi contentionem fore putabat. Fuerunt enim duę familię Claudię earumq; Marcellorū appellata eſt: plebeiaq; & pulchrorum patricia. Sed hoc loco urbane Cicero luſit in Claudum: cū quo in gratiam non redierat: nam quia is. P. Clodii erat frater q ex patricia in plebeiam familiam tranſierat: per ſummā infamiā ſe quoq; dubitare adhuc dixit.

POST DVAS PARTES ORATIONIS

Dixit deinde Scauro quem defendit. nam cum ex multis unus ei reſtaret Dolobella paternus inimicus qui eum. Q. Cepione ꝓpinquo ſuo cōtra Scaurum patrem ſuum obſignauerat ſtateras eas ſibi īimicicias non ſuſceptas ſed relatas. & cętera ne forte erretis & eundem hunc Cn. Dolobellam putetis eſſe in quem. C. cęſari ſorores legitiſ. ſcire uos oportet duos eodē tempore fuiſſe & pręnomine & nomine & cognomine Dolobellas. horum igitur alterum Dolobellam cęſar accuſauit nec damnauit. alterū M. Scaurus & accuſauit & damnauit.

POST TRES PARTES.

Primo quo loco defendit ꝙ tam magnificam domum ſcaurus habet: preſertim cum propinquitas & celebritas leo ſuſpitionē deſidię tollat: aut cupiditatis. Demonſtraſſe uobis memini me hanc domum ĩ ea parte pallatii eſſe: quę cum ab ſacra uiā deſcē deris & per proximum uicum qui eſt ab ſiniſtra parte proderis poſita eſt. Poſſidet eam nũc locus cicinam qui coſ. fuit cũ clau dio. in huius domus atrio fuerunt quatuor colũnę marmoreę ĩ ſigni magnitudine: quę nunc eſſe in regia theatri Marcelli dicũt uſus erat is ędilis ut ipſe quoq; ſignificat ut ĩ ornatu theatri qđ ad tẽpus perq̃ ampla magnitudine magne fecerat.

VER. A. NOV.

Hęc cum tu effugere non potuiſſes contendens tamẽ & poſtu labis ut. M. Emilius cum ſua dignitate omni cum patris memo ria: cum aui gloria ſordidiſſime: leuiſſime: uaniſſime genti ac prope dicam pellitis teſtibus condonetur. Auum nunc Scauri maternum ſignificat. L. Metellum pont. max. quẽ poſtea quoq; nominat. nam paternus auus proauuſq; Scauri humiles atq; ob ſcuri fuerunt.

VER. A. NOVIS. CLX.

Vndiq; mihi ſuppeditat ꝙ pro. M. Scauro dicam quocũq; nõ modo mens uerum etiam oculi inciderint. curia illa uos de gra uiſſimo principatu patris fortiſſimoq; teſtatur. L. ipſe Metell⁹ auus huius ſanctiſſimos deos illo conſtituiſſe ĩ templo uidet̃ in ueſtro conſpectu iud. ut ſalutem a uobis nepotis ſui depreca retur. Caſtoris & pollucis templum Metellus quem nominat re ferat. laudauerunt ſcaurum conſulares ix. L. Piſo. M. Vol. Q. Metellus nepos. M. perpenna. L. Philippus. M. Cicero. Q. Hor tenſius. P. ſeruilius hiſauricus pr. Cn. Pompeius magnus horũ magna pars per tabellas laudauerunt qui aberant: inter quos Põ peius quoq;: nam ꝙ erat procoſ. extra urbem morabatur. Vnus preterea adoleſcens laudauit frater eius Fauſtus cornelius ſyllę filius. Is in laudatione multa humiliter & cum lachrymis locut⁹ non minus audientes permouit q̃ Scaurus ipſe permouerat ad genua iudicium cum ſententię ferrẽtur. Bifariam ſe diuiſerunt: qui pro eo rogabant ab uno latere Scaurus ipſe &. M. Glabrio ſororis filius & Paulus & P. lentulus lẽtuli nigri Flaminis fili⁹

Milone

&.L.Aemilius buca filius &.C.Memiꝰ fauſta natus ſupplicaue
runt.Ex altera parte Sylla Fauſtus frater Scauri:&.C.aronius li
mo cui Fauſta ante paucos mēſes nupſerat dimiſſa a memio:&
T.peduceus.&.C.Cato.& M.olena ſcortianus.Sententias tule
runt ſenatores duo:& xx.equites tres:& xx.tribuni ęrarii.xxv.
ex quibus damnauerūt ſenatores.iiii.equites.ii.tribuni.ii.Cato
pręterea cum uellet de accuſatoribꝰ in conſiliū mittere:multiqꝫ
e populo manus in accuſatores intenderēt.ceſſit imperitę multi
tudini:ac poſtero die in cōſiliū de calumnia accuſatorum miſit
C.Triarius.nullam grauem ſentētiam habuit.ſubſcriptores eiꝰ.
M.&.Q.pacuuii fratres denas:&.L.Mariꝰ tres graues habuerūt
Cato prętor iudicium:quia ęſtate agebatur ſine tunica exercuit
Capiſtro ſub toga cinctus:in forum quoqꝫ ſic deſcēderat iuſqꝫ
dicebat:idqꝫ reppererat & uetere conſuetudine:ſecūdū quam &
Romuli ętatis ſtatuę in capitolio:& in roſtris Camilli fuerunt
togate ſine tunicis.

PRO.M.SCAVRO.FINIS.

INCIPIT PRO MILONE.

h Anc dixit.Cn.Pompeio.iii.coſ.ad vi.idus april.ꝙ
iudicium cum ageretur exercitū in foro & omnibus
in templis quę circum forum ſunt collocatum a Cn.
Pompeio fuiſſe tantū ex ea ratione & annalibus:ſed etiam ex li
bro apparet qui Ciceronis nomīe inſcribitur de optimo genere
oratorum.

ARGVMENTVM HOC EST.

Annius Milo &.P.Plautius hipſeus.&.Q.Metellus Scipio cō
ſulatum petierunt non ſolum largitione palam profuſa:ſed etiā
factionibus armatorū ſuccincti.Miloni & Clodio ſummę erāt
inimicicię:ꝙ & Milo Ciceronis erat amiciſſimꝰ in reducēdoqꝫ
eo enixe operam reipublicę dederat.&.P.Clodius reſtituto Ci
ceroni erat infeſtiſſimus:ideoqꝫ ſumme ſtudebat hipſeo & Sci
pioni contra Milonem:ac ſępe inter ſe Milo & Clodius cū ſuis
factionibus Romę depugnauerāt:& erat uterqꝫ audacia pares:
ſed Milo pro melioribus partibus ſtabat.Pręterea in eūdē annū
conſulatū Milo Clodius pręturā patebat:quam debilem futurā

pro Milone

Comitia Consularia Candidati

Gladiatorij Ludi

Ludi scenici

Romphea

coſ.Milone intelligebat. Deinde cum diu tracta eſſent comitia
conſularia:perficiq; ob eas ipſas perditas candidatorũ cõtẽtio
nes non poſſent:& ob id menſe ianuario nulli dum neq; conſu
les:neq; prętores eſſent traberenturq; dies eodẽ quo antea modo
dum Milo q̃ primum comitia confici uellet: conficeretq; cum
bonorũ ſtudius ꝙ obſiſtebat Clodio:tamẽ etiã populo propter
effuſas largitiones impenſas quoq; ludorum ſcenicorum ac gla
diatorii muneris maximas in quas tria predia effudiſſe eum Ci
cero ſignificat:competitores eius trabere uellent:ideoq; Pompe
ius gener Scipionis &.L. Numatius tribun⁹ plebis referri ad ſe
natum de patriciis conuocãdis:qui inter regem proderent non
eſſent paſſi:cum inter regem prodere oratoris eſſet ad iii.kalen.
Februa.acta & enim magis ſequenda & ipſam orationem: quę
actis congruit:puto quã Feneſtellam:qui ad xiiii.kalen.Febru.
tradit Milo Lanuuium:ex quo erat municipio: & ibi tum dicta
tor profectus eſt ad Flaminẽ prodendum. Poſtera die occurrit
ei circa boram nonã Clodius paulo ultra bouillas rediens ab ari
cia prope eum locum in quo bonę deę ſacellum eſt. Erat autem
allocutus decuriones aricinorũ. Vebebatur Clodius equo ſerui
xxx.fere expediti(ut illo tempore mos erat)iter facientibus:gla-
diis cincti ſequebantur.erant cum Clodio prętera tres comites
eius:ex quibus eques.r.unus.C.Caſſinius ſchola: duo de plebe
noui bomines.P.põponius. Milo rbeda uebebatur cum uxore
Fauſta filia.L.Syllę dictatoris.&.M.Fuſio familiare ſuo. ſeq̃
batur eos magnũ ſeruorũ agmen: inter quos gladiatores quoq;
erant ex quibus duo noti Euclamus:& Birria.ii.in ultimo agmi
ne tardius euntes: cum ſeruis.P. Clodii rixam cõmiſerunt: ad
quem tumultũ cum reſpexiſſet Clodius minitabũdus: bumerũ
eius birria rũpbea traiecit: inde cum orta eſſet pugna plures Mi
loniani accurrerũt. Clodius uulneratus in tabernã proximã Bo
uillano delatus eſt. Milo ut cognouit uulneratũ Clodium cum
ſibi periculoſius illud etiã uiuo eo futurũ intelligeret: occiſo au
tem magnũ ſolatiũ eſſet babiturus:etiã ſi ſubennda eſſet poena
exturbari tabernam iuſſit. fuit anteſignanus ſeruorum eius.M.
Fuſtenus:atq; ita Clodius latens extractus eſt: multiſq; uulneri
bus confectus. cadauer eius in uia relictum; quia ſerui Clodii:

aut occiſi erant: aut grauiter ſaucii latebāt. Sex. Tedius ſenator qui forte ex rure ī urbē reuertebat̄ ſuſtulit: & lectica ſua Romā ferri iuſſit: ipſe rurſus eodē unde erat regreſſum recepit: perlatū ē corpus Clodii ante primā noctis horā: infimęq; plebis & ſeruorū maxīa multitudo magno luctu corpus in atrio domus poſitū circūſtetit. Augebat aūt facti īuidiā uxor Clodii fuluia: quę cū effuſa lamētatōe uulnera eius oſtendebat. Maior poſtera die luce prima multitudo eiuſdē generis confluxit: cōpluresq; noti hoīes eliſi ſunt: inter quos. C. Vibien⁹ ſenator erat. Dom⁹ Clodii ante paucos mēſes ēmpta de. M. Scauro in palatio eodē munatius plancus frater. L. Planci oratoris. &. Q. Pōpeius Rufus Syllę dictatoris ex filia nepos tri. ple. accucurrerūt: eiſq; obſtantibus uulgus īperitū corpus nudū Caldatū ſicut in lecto erat poſitū ut uulnera uideri poſſent in forū detulit: & in roſtris poſuit ibi pro cōtione Plancus & pompeius qui cōpetitorib⁹ Milonis ſtudebāt in inuidiā Miloni fecerūt. populus duce Sex. Clodio ſcriba corpus P. Clodii ī curiā ītulit: cremauitq; ſubſelliis & tribunalib⁹ & menſ. & codicib⁹ librariorū: q̄ igne & ipſa q̄q; curia flagrauit. & itē porta baſilica quę erat ei iūcta ambuſta ē: dom⁹ quoq;. M. Lepidi īterregis. is enī magiſtrat⁹ currulis erat creatus & abſentis Milonis eadē illa Clodiana multitudo oppugnauit. Deinde ſagittis repulſa eſt. tū faſces ex lecto libitini ęratos attulit ad domū Scipionis & Hipſei. deinde ad ortos Cn. Pōpei clamitās cū mō coſ. mō dictatorē. Incendiū curię maiorē aliquāto indignationē ciuitatis mouerat q̄ īterfectio Clodii. Itaq; Milo quē opinio fuerat iuiſſe in uolūtariū exiliū īuidia aduerſariorū recreatus. nocte ea redierat Romā qua īcēſa erat curia: petebatq; Milo deterius cōſulatū apte q̄q; tributī in ſingulos millia aſſiū dederat cōtionē: & poſt aliquot dies dedit. M. Celius. tri. plebis acci. ipſe etiā cauſa; etiā ad populū dicebāt. uterq; Miloni a Clodio factas eſſe inſidias. fiebāt interea alii ex aliis īterreges qui comitia cōſularia propter eorū candidatorū tumultus & eadē manus armata habere nō poterāt. itaq; primo factū erat. S. C. ut īterrex & tri. ple. & Cn. pōpeius qui procoſ. ad urbē erāt uiderēt ne quid detrimēti reip. capet. dilectus aūt pōpeius tota Italia bebe ret: qui cū ſumma celeritate preſidiū comparaſſet. poſtulauerūt

apud eũ familiã Milonis. itẽ Fauſte uxoris eius exhibẽdã. duo adoleſcẽtuli qui Appii Claudii ambo appellabãtur: qui erãt. C. Claudii: q frater fuerat Clodii: & ob id illi patrui ſui mortẽ uelut auctore fratre ꝓſequebãt̃. eaſdẽ Fauſtę & Milonis familias poſtulauerũt duo ualerii nepotes & Leo &. L. Herẽnius balbus. P. Clodii quoq̧ familiã & comitũ eius poſtulauit. eodẽ tẽpore Cecilius familiã Hipſei. &. Q. põpei poſtulauit.

Affuerũt Miloni. Q. Hortenſius. M. Cicero. M. Marcellus. M. Calidius. M. Cato. Fauſtus Sylla uerba pauca. Q. Hortẽſius dixit que liberos eſſe eos qui pro ſeruis poſtularẽt̃. nã poſt recẽtẽ cedẽ manumiſerat eos Milo ſub h̃ titulo ꝙ caput ſuũ ulti eẽnt. Hęc agebant̃ menſe ĩtercalari poſt diẽ trigeſimũ fere q̃ erat Clodius occiſus. Q. Metellus Scipio in ſenatu cõtra M. Cepionem cõqueſtus ẽ de hac cede. P. Clodii: falſum eſſe dixit ꝙ Milo ſic ſe defenderet: & Clodiũ uicinos decuriones alloquẽdi gratia abiſſe ꝓfectũ cũ ſex ac xx. ſeruis Milonẽ ſubito poſt horã quartã ſenatu miſſo cũ ſeruis amplius. ccc. armatis obuiã ei contẽdiſſe & ſupra bouillas inopinãtẽ itinere aggreſſum: ibi P. Clodiũ tribus uulneribus acceptis bouillas perlatũ tabernã ĩ quã ꝓfugerat expugnatã a Milone. ſemianimẽ Clodiũ extractum in uia appia occiſum eſſe: anulũq̧ eius ei moriẽti extractũ. deĩde Milonẽ cũ ſciret in Albano ꝑuolũ filiũ clodii ueniſſe ad uillam & cũ puer ante ſubtractus eẽt ex ſeruo halicore: queſtionẽ ita habuiſſe ut eũ articulatĩ cõſecarent. uillicũ & pręterea duos ſeruos iugulaſſe ex ſeruis Clodii qui dñm defenderint undecĩ eſſe ĩterfectos. Miloni duos ſolos ſautios factos eſſe ob quę milonem poſtero die xii. ſeruos qui maxĩe operã nauaſſent manumiſiſſe populoq̧ tributĩ ſingula millia ęris ad defendẽdos de ſe rumores dediſſe. Milo miſiſſe ad Cn. põpeiũ dicebat̃: ꝙ Hipſeo ſumme ſtudebat ꝙ fuerat eius quęſtor deſiſtere ſe petitõe cõſulatus ſi ita ei uideret̃. Põpeiũ reſpõdiſſe nemini ſe neq̧ petẽdi: neq̧ deſiſtendi auctorẽ eſſe: neq̧. p. r. poteſtatẽ aut cõſiliũ: aut ſentẽtiaꝫ interpellaturũ. deinde. C. Lucillũ: qui ꝓpter. M. Ciceronis familiaritatẽ amicus erat miloni egiſſe quoq̧ dicebat̃: ne ſe de hac re cõſulẽdo ĩuidia oneraret. Inter hęc cũ crebeſceret rumor Cn. põpeiũ creari dictatorẽ: neq̧ oportẽ aliter mala cĩtatis ſedari poſſe

Milone

uiſum ē optimatibus tutius eſſe eū conſulē ſine collega creari: & cū tractata ea res eſſet in ſenatu facto in. M. bibuli ſentētiam S.C. Pōpeius ab interrege Seruio ſulpitio. v. kalen. Mar. menſe inter calario coſ. creatus eſt: ſtatimq; cōſulatū iniit. deinde poſt diē tertiū de legibus nouis ferēdis retulit. duas ex. S.C. promul gauit. alterā de ui qua nominatī cędē in Appia uia factā & incē diū curię & domū. M. Lepidi interregis oppugnatā cōprebēdit alterā de ambitu poenā grauiorē & formā iudiciorū breuiorem Vtraq; enī lex prius teſtes dare. deinde uno die: atq; eodē & ab accuſatore & ab reo perorari iubebat: ita ut duę borę accuſatori tres reo darētur. His legibus obſiſtere. M. Celius. tri. ple. ſtudio ſiſſimus milonis conat⁹ ē: q & priuilegiū diceret ī Milonē ferri & iudicia pcipitari: & cū ptinacius legē celius uituperaret eo pro ceſſit ire pōpeius ut diceret ſi coactus eſſet armis ſe. r. p. defenſu rū. timebat aūt Pōpeius Milonē: ſeu timere ſe ſimulabat. plerūq; nō domi ſuę: ſed in ortis manebat: idq; ipſe ipſum in ſupiorib⁹ circa quos etiā magnanimus multū excubabat. Senatū quoq; ſe mel repetūdus erat pōpeius q diceret timere ſe aduentū milonis Dein proxīo ſenatu. P. cornificius ferru; Milonē intra tunicam babere ad femur alligatū dixerat. Poſtulauerat ut femur uideret & ille ſine mora tunicā leuarat. Tū. M. Cicero exclamauerat oīa illi ſimilia crīa eſſe: quę in Milonē diceret̄. Alia deinde Munati us Plancus tri. ple. produxerat in cōtionē. M. Aemiliū Pbilemo nem notū bominē libertū. M. Lepidi ſe dicebat: pariterq; ſecuta quatuor liberos boīes iter faciētes inſuper ueniſſe. cū clodius oc cideret̄. & ob id cū pclamaſſent abreptos & productos p duos menſes in uillā milonis pcluſos fuiſſe: eaq; res ſeu uera ſeu falſa magnā inuidiā miloni cōtraxerat. Idemq; Munatius & pōpei⁹ tri. ple. in roſtra produxerant triūuirū cōpitalem: eūq; interroga uerant an galatā milonis ſeruū cędes facientē deprebēdiſſet. ille dormiētem in taberna pro fugitiuo deprebenſum: & ad ſe pro ductum eſſe reſpōderat. denūciauerant tantū triūuiro ne ſeruū remitteret. Sed poſtera die cecilius tri. pl. & Manilius Camanus collega eius ereptum e domo triūuiri ſeruū Miloni reddiderūt. bęc & nullam de bis criminibus mentionē fecit Cicero tantum quia ita compererā putaui exponēda. inter primos &. Q. pōpei⁹

De vi lex

priuilegium

Ego galatam ... capital

Galata milonis seruus

b z

&.C.Saluſtius.&.T.Munatius plancus tri.ple.īimiciſſimas cō
tiones de Milone babebāt.inuidiā etiā de Cicerone ꝙ milone;
tanto ſtudio defenderet:atq; maxima pars multitudinis populi
infenſa nō ſolū miloni:ſed etiā propter īuiſum Ciceronis patro
ciniū.Poſtea pōpeius & Saluſtius in ſuſpitione fuerant in gratiā
rediſſe cū Milone ac Cicerone. Plancus aūt infeſtiſſime pſtitit:
atq; in ciceronē quoq; multitudinē inſtigauit.Pōpeio aūt ſuſpe
ctum faciebat milonē ad pniciē eius comparauit eū uociferatus.
Pompeiuſq; ob ea ſępi⁹ quęrebat̃ fieri ſibi quoq; inſidias: & id
palam ac maiore manu ſe armabat. dicturū quoq; diē Ciceroni
plancus oſtendebat. Poſtea aūt.Q.pōpeius inde meditat⁹ erat
tanta tamē cōſtantia ac fides fuit ciceronis ut nō populi a ſe alie
natione.nō Cn.pōpei ſuſpitionibus:nō periculū futurū: ut ſi di
es ad populū diceret:non armis quę palā in milonē ſumpta erāt
deterreri potuerit a defenſionē eius:cū poſſ; omne periculū ſuū
& offenſionē inimicę multitudinis declinare: redimere aūt Cn.
Pompei animū ſi paulū ex ſtudio defenſionis remiſiſſet. Perla
ta deinde lege pōpeii in qua id quoq; ſcriptū erat:ut quęſtor ſuf
fragio populi ex iis qui conſules fuerant crearet̃: ſtatim comitia
babuit:creatuſq; erat Cn.domitius Aenobardus q̄ſtor. Alioꝝ
quoq; iudicū qui de ea re iudicarent Pōpeius tales propoſuit ut
nūquā neq; clariores uiros neq; ſanctiores propoſitos eſſe cōſta
ret.Poſt quod ſtatim noua lege milo poſtulatus a duobus Ap
piis Clodiis adoleſcētibus iiſdē a quibus antea familia eius fue
rat poſtulata.Itaq; de ambitu ab iiſdē appiis & pręterea a C.Ce
teio &.L.cornificio de ſodaliciis.& a P. Fuluione rato. Poſtu
latus aūt erat & de ſodaliciis & de ambitu: ea ſpē primū iudiciū
de ui futurū apparebat:quod eū damnatū iri confidebāt:nec po
ſtea reſponſurū. Diuinatio de ambitu accuſatorū facta ē quęſto
re A.torquato:atq; ambo quęſtores torquatus & Domitius pr.
non april.reū adeſſe iuſſerūt.quo die Milo ad domiti:tribunal
uenit:ad Torquati amicos miſit. ibi poſtulāte pro eo.M. Mar
cello obtinuit ne prius cauſam de ambitu diceret q̄ de ui iudicū
erat profectū.Apud Domitiū aūt quęſtorē maior appius poſtu
lauit a milōe exbiberi ſeruos numero.iiii. &.l. & cū ille negaret
eos qui nominabant̃ in ſua poteſtate eſſe Domiti⁹ ex ſententia

Lex pompeia

Milone

iudicũ pronũciauit ut ex ſeruorũ eoruꝫ numero accuſator quot uellet ederet. citati deĩde teſtes ſecũdũ legem quę(ut ſupra dixi mꝰ) iubebat ut priuſquã cauſa agereť teſtes per triduũ audirenť dicta eorũ iudices confirmarent. quarta die adeſſe omnes in diē poſterũ iuberētur: ac coram accuſatore ac reo Pilę in quibus nomina iudicũ inſcripta eſſent ęquarentur. dein rurſus poſtera die ſortitio iudicũ fieret unius & lxx. qui numerus cũ ſorte attigiſſꝫ is ei protinus ſeſſum irent: tũ ad dicendũ accuſator duas horas reus tres haberet. reuſq; eodem die illo iudicaretur. Prius autem q̃ ſentētię ferrentur: quinos ex ſingulis ordinibus accuſator totidem reus eiiceret: ita ut numerus iudicũ reliquereť qui ſentētias ferrent quĩquageſimus & unus: primo die datus erat in Miloneꝫ teſtis Caſinius ſchola: qui ſe cum. P. Clodio fuiſſe cũ is occiſus eſſꝫ dixit: atrocitatēq; rei factę quãmaxiē potuit auxit quē cum interrogare. M. marcellus cępiſſet tanto tumultu Clodianę multitudinis circũſtantis exterritus eſt: ut uim ultimã timens in tribunal a Domitio reciperet. Quã ob cauſam. M. Celius & ipſe Milo a Domitio pręſidiũ ĩplorauerunt. Sedebat eo tēpore Cn. Pompeius ad ęrariũ: perturbatuſq; erat eodē illo clamore: itaq; Domitio promiſit ſe poſtero die cũ pſidio deſcenſurũ: idq; fecit. quare territi Clodiani ſilentio uerba teſtium per biduũ audiri paſſi ſunt. Interrogauerũt eos. M. Cicero: & M. marcellus milo ipſe multis ex iis q bouillis hĩtabãt teſtĩoniũ dixerũt de iis q̃ ibi facta erãt. cauponē occiſũ: tabernã expugnatã: corpus clodii ĩ publicũ exĩctũ eē: ṽgĩes q̃q; alię dixerĩt mulierē ignotã ueniſſe ad ſe: q̃ milõis mãdato uotũ ſoluēt q clodiꝰ occiſus eēt. Vltĩe teſtimoniũ dixerũt Sempronia Tuditani filia ſocrus P Clodii & uxor fuluia: & fletu ſuo magnopere eos qui aſtabant cõmouerunt. Demiſſo circa horam decimam iudicio. T. Munatius pro contione populum adhortatus eſt: ut poſtero die frequens adeſſet: & elabi Milonem non pateretur: iudiciumq; & dolorem ſuũ oſtenderet. Euntibus ad Tabellam ferendam poſtero die: qui fuit ad iii. id. aprilis clauſę fuerunt tota urbe tabernę. praeſidia ĩ foro & circa omnes fori aditus Pompeius diſpoſuit: ipſe p ęrario ut pridie cõſedit ſeptus delecta manu militum: Sortitio deinde iudicum a primo die facta eſt. poſt tantum ſilentium toto

De teſtibus audiendis

[illegible]

Sortitio factum

foro fuit quātū eſſe in aliquo foro poſſet: tum ītra horā ſecūdā accuſatores cęperūt dicere Appius maior &.M.Antonius:&.P. Valerius nepos uſi ſunt ex lege horis duabus.reſpondit hic unꝰ M.Cicero:& cū quibuſdā placuiſſet ita defendi crimē interfici Clodiū pro r.p.fuiſſe:quā formā.M.brutꝰ ſecutus ē ī ea oratōe quā pro Milone cōpoſuit: & edidit quāuis egiſſet. Ciceroni id nō placuit:ꝙ qs bono publico dānari : idē etiā occidi indēnans poſſet:Itaqꝫ cū inſidias milonē Clodio feciſſe poſuiſſent accuſatores:quia falſum id erat:nā forte illa rixa cōmiſſa fuerat Cicero apprehēdit:& cōtra Clodiū Miloni feciſſe īſidias diſputauit eoqꝫ tota oratio eius ſpectauit:ſed ita cōſtituit (ut diximus) nec utriuſqꝫ conſilio pugnatū eſſe eo die:uerū ei forte occurriſſe: ex ea rixa ſeruorū ad eandē cędē peruentū. Notū tantū erat utrūqꝫ mortē alteri ſępe minatū eſſe:& ſicut ſuſpectū milonē maior q̄ Clodii familia faciebat:ita expeditior & paratior ad pugnā Clodianorū q̄ milonis fuerat. Cicero cū inciperet dicere exceptus acclamatione clodianorū:qui ſe cōtinere ne metu quidē circūſtantiū militū potuerūt.Itaqꝫ nō ea qua ſolitus erat conſtantia dixit Manet aūt illa quoqꝫ excepta eius oratio.ſcripſit uero hāc quā legimus ita perfecte:ut iure prima haberi poſſit.

ENARRATIO. VER.A.PRIMO.L.

Vnū genus ē aduerſum infeſtūqꝫ nobis.&cętera. ita ut in ea expoſitione diximus:Munatius Plācus pridie pro cōtōne populū adhortatus erat ne pateret̄ elabi Milonem.

VER.A.PRIMO.CC.

Declarāt hꝰ ambuſti tri.ple.ille ītermortuę contiones quibꝰ quotidie meā potentiā inuidioſe criābatur.T.Munatius Plancus & Q.Pōpeius rufus tri.ple.de quibus argumēto hꝰ orationis diximus cū cōtra Milonē Scipioni:& Hipſeo ſtuderēt cōcionati ſūt eo ipſo tēpore:plebēqꝫ ī milonē accēderunt ꝙ ꝓpter Clodii corpus curia incenſa eēt: nec prius deſtiterūt q̄ flamma eius īcendii fugati ſunt e cōtione.erāt enī tūc roſtra nō eo loco quo nūc ſunt ſed ad comitiū ꝓpe iūcta curię:ob hoc.T.Munatiū ambuſtum tri.appellat.fuit aūt paratus ad dicendum.

PAVLO POST.

Cur igitur īcendiū curię oppugnationē edium.M.Lepidi cędeꝫ

hãc ipſam cõtra.r.p.ſenatus factã eſſe decreuit? Poſt biduũ medium ꝙ̄ Clodius occiſus erat interrex primus proditus eſt.M. Emilius lepidus. nõ fuit aũt moris ab eo qui prim⁹ interrex proditus erat comitia haberi.ſed Scipionis & Hipſei factõnis: quia recẽs inuidia milonis erat cũ contra ius poſtularẽt:ut interrex ad comitia cõſulũ creandorũ deſcẽderet:idq; ipſe nõ faceret & domũ eius per oẽs interregni dies.fuerãt aũt ex more quĩq; obſiderunt.deinde omni ui ianua expugnata:& imagines maiorũ deiecerũt:& lectulũ aduerſu; uxoris eius corneliȩ cuius caſtitas pro exẽplo habita ẽ fregerũt. uterq; tellas quȩ ex uetere more ĩ atrio texebãtur diruerũt. Poſtq; ſupuenit Milonis manus & ipſe poſtulans comitia:cui⁹ aduẽtus fuit ſaluti Lepido.in ſe enĩ ipſe cõuerſȩ ſunt factiones ĩimicȩ: atq; ita oppugnatio dom⁹ ĩterregis omiſſa eſt.

PAVLO POST.

unum a prouincia Aſia obiectum Flacco confutat. Crimen erat huiuſmodi ꝙ Flaccus uidelicet inutili impenſa remigum prouī ciam Aſiam oneraſſet. Itaqꝫ propter depulſionē Flacci ad hui⁹ modi intētionem: quę intentio eſt iniuria remiges imperaſti. depulſio uero iure imperaui. Conſtitutio iuridicialis hic incidit. fatetur enī feciſſe & iure feciſſe defendit. quod ut poſſet Cicero iudicib⁹ demōſtrare: tria habuit cōfutare quę obiici potuiſſent Potuiſſet enī obiici iniuria ipſum remiges īperaſſe: quia nō licuiſſet impare. Itē quia nō fuiſſet opus īpare. Item quia nauis nulla nauigaſſet. hęc tria triplici conſtitutione confutat primū in iuridiciali abſoluta: cum dicit iure feciſſe quia licuit. licuiſſe aūt per locum a lege demonſtrat: quia ſenat⁹ conſulto. ꝛc. Secūdū uero in iuridiciali aſſumptiua excōparatio. cum hanc agitet cōtrouerſiam. fuerit ne utilius remiges impaſſe uel nō: in qua quidem cōſtitutione cū quęri ex arte conueniat de eo quē oportuerit iudicare an fuerit utili⁹: quęrit hoc Cicero utrū. ſ. gręci ſtatuēt & extere nationes an prętores impatoreſqꝫ romani: ut oſtendat. ſ. nō prouincialium ſed ipſius. L. Flacci hoc proprie fuiſſe iudiciū. deīde oſtendit fuiſſe honeſtius: atqꝫ uenuſtius remiges habuiſſe propt̄ dignitatē & ſplēdorē populi romani. deinde arguit utilius fuiſſe propter pręſidiū quod multis argumētis oſtendit: & in cōtrariū obiecta confutat ſic ut appareat opus fuiſſe ipſum remiges imperaſſe. Tertiū aūt agit in conſtitutione cōiecturali. claſſem. uidelicet ad tutelam & pręſidiū nauigaſſe qđ per locū a teſtibus ꝓbat & ut nulla fraudis ſuſpitio maneat īpurgata ꝙ de numero nauiū & de deſcriptione equabili ſumptus obiici poſſet purgat.

ſ Ed quoniā de totius cōis Aſię. ꝛc. Cicero proſequēs ſuam confutationē in conſtitutione cōiecturali. poſtquā confutauit crimē a tota aſia obiectū flacco cōfutat eidē obiecta crīna ſpāliū pſonarū: & arguit p locū cōtra teſtes ſingulorū uitę turpitudinē detegēdo: & oñdēdo eos cupide dicē atqꝫ mētiri. qm̄ eī cā ſua multū ledebaẗ a teſtib⁹ ī multa teſtiū reprobatōe cōſiſtit.

i Taqꝫ ciuitatis prudentis. ꝛc. Quia hac in pte ita cōfutat ut cōfiteaẗ ꝙ ei de pecunia collata ad honores pr̄is obiciebaẗ & ſe id iure feciſſe defendat: quia illā ſibi pecuniā accipere licuerit conſtitutio uariaẗ & fit iuridicialis abſoluta.

a Spiciant hunc florem.&c. Parũper aduerſariis ſcelere nota tis infami ut in eos odium iudicũ irritaret: ut appareat nõ omnes exteras ciuitates inimicas Flacco eſſe: ſed leues tantũ & male inſtitutas.bene aũt moratas & nobiles Flacco fauere: eaſq; pro flacco ſunt numerat:ut oppoſitis grauiſſimis contra leuiſſi mos probatiſſim⁹ cõtra infames cauſam ſuã per locũ a teſtibus: & cõtra teſtes extollat ac roboret.

ſ Equit̃ auri illa ĩuidia.&c.Hac in pticula dum crimẽ de auro iudaico refellit ĩcidit cõſtitutio iuridicialis abſoluta. Naꝫ Flaccũ iure feciſſe demõſtrat.ut patet in lr̃a or̃onis.

u Eniamus iam ad ciuiũ romanorũ.&c.Hac quoq; in pte iuri diciali abſoluta cõſtitutio agit cauſaꝫ cõtra obiecta aliquo rum ciuiũ romanoꝝ:cũ oñdit flaccũ iure feciſſe qd̾ fecerit.tum in cauſa deciani.tũ in hęreditate Valerię Sextili uxoris. tũ in cã liberti lucronis uillicique ſeptimi.

a T falcidianũ crimẽ ẽ ingẽs.&c. Hic cum obiectũ p falcidii ep̃las crimẽ neget teſtimoniũq; refellat uoraciſſimi hõis tã ad cõiecturalẽ cõſtitutionẽ tracta ẽ:& p locum cõtra teſtes argu mentum eſt ſumptum.

ſ Ed quid ego de ep̃lis.&c.Pars hęc ẽ a cauſę cõſtitutione re mota & egreſſiua: ſed ſũmo artificio collocata. Nam hic Cicero aduerſarios ducit in odiũ & exẽpla proponit quorũdaꝫ qui exigẽte r.p.ſtatu abſoluti fuerũt quaſi p hr̃ ĩnuens ĩmo clare ſignificãs abſolutionẽ flacci ad ſtatũ cõeꝫ & publicũ ptinere.

Concluſio.

e T ſi prodeſſe.L.Flacco.&c.Ab hac pte p̃cipue incipit iudi ces dep̃cari & acriter niti ad miſericordiã cõmouẽdam:& ſic or̃onẽ dep̃cãdo cõcludit ut cõcluſio uideat̃ ex cõmiſeratiõe cõſtare.Oſtendẽdo enĩ uariã fortunarũ cõmutationẽ:& in qbus ĩcõmodis ſit futur⁹ niſi cauſam obtinuerit enũciando & ſuppli cando:& ſubiciẽdo ſe ptãti iudicũ quorũ miſericordiã captat: & ĩducẽdo lachrymas miſerabiles atq; p̃ces filii Flacci dep̃cãdo cõcludit:& affectus hr̃ potiſſimũ loco effundit:qui ut placet quĩ tiliano ẽ effuſiuus affectuum.

De Elocutione.

u Ltimũ ẽ ut de reliqua pte rhetoricę. uꝫ or̃onis elocutione

uideamus de qua plane p oĩa ſic dicendũ ut ẽ dictũ ſupra in Põ
peiana. & de h9 ſilr ẽ exornationib9 pſcrutãdum.

Colores.

c Edẽ a uobis cõiugibus liberis uris. &c. articulus ẽ.
Vaſtitatẽ a tẽplis delubris urbe italia. &c. articulus ẽ.
Vt oĩa r. p. ſubſidia. &c. articulus ẽ.
Si nũquã reipublicę. &c. articulus ẽ.
Hoc tpe hoc inquã tpe. &c. conduplicatio ẽ.
De ciuitatis ſtatu de cõi ſalute. &c. repetitio ẽ.
Profugia bonorũ pręſidia innocẽtũ. &c. articulus ẽ.
Quẽ enĩ aliũ appellẽ? quẽ obteſter? quẽ ĩplorẽ. &c. repetitio ẽ.
Item ſubiectio ẽ.
Niſi hoc loco: niſi apud uos: niſi p uos. &c. repetitio ẽ.
Quid autores? quid duces? quid principes. &c. repetitio ẽ.
Pręterco illa quę ptereũda nõ ſunt. &c. occupatio ẽ.
Multi boni docti prudẽtes. &c. articulus ẽ.
Multi ĩpudentes illrati leues. &c. articulus eſt.
Tribuo illis lr̃as: do multarũ artiũ diſciplinã. &c. diſſolutũ ẽ.
Oẽs ſe ſpoliatos uexatos fortunis uerſos. &c. articulus ẽ.
Ad id ſe parat nihil curat aliud. &c. diſſolutũ ẽ.
Vinci refelli coargui. &c. articulus ẽ.
Comitatũ dico ĩmo quãtus exercitus. &c. correctio ẽ.
Auctoritatẽ gratiã copias opes. &c. articulus ẽ.
Illa uetus quę quõdam opibus imperio gloria. &c. articulus ẽ.
Tum bella inutilia ſuſcipiebãt. &c. hic ẽ repetitio.
Adoleſcens bonus honeſto loco natus. &c. articulus ẽ.
Venit in oppidum gręcorum. &c. diſſolutum ẽ.
Audire temeritatẽ uulgi audire. &c. repetitio ẽ.
Duę rõnes conficiẽdę pecunię. &c. diuiſio ẽ.
Vna ſedent ex accuſatorũ ſubſelliis ſurgũt: &c. diſſolutũ ẽ.
Bene teſtem interrogauit. &c. Diſſolutum ẽ.
Hi uiuũt cum inimicis. &c. diſſolutum ẽ.
Confeſſoribus cõuiuiis cõtubernalibus. &c. articulus ẽ.
Nihil religione teſtatũ. &c. hic ẽ repetitio.
Oĩa corrupta libidine iracũdia ſtudio pcio piurio. &c. articul9 ẽ.
Claſſes pdonum urbis portas. &c. articulus eſt.

Suſtulit pacē maritima ſumma uirtute atq; incredibili celeritate confecit.&c.diſſolutū ē.
Omnis ſinus promōtoria littora.&c. articulus ē.
Aliud uidit extimauit quocūq; tpe.&c.diſſolutū ē.
Sed qm̄ de totius cōis aſię.&c.tranſitio ē.
Vnus aſclipiades fortuna egens.&c.articulus ē.
Teſtarer publicanos excitarē negociatores.&c.diſſolutū ē.
Si pretor dedit ut ē ſcriptū a queſtore numerauit.&c. gradatio ē.
Querit grauis locuples ornata.&c.articulus ē.
Nobiſcū ē confitendum ſi conſiliis principū.&c.diuiſio ē.
Vtrū uultis pr̄is flacco licuiſſe:nec ne ſi licuit.&c.diuiſio ē.
Vnde humanitas doctrina religio.&c. articulus ē.
Et eorū eadē terra parēs altrix patria.&c.articulus ē.
In hominū leuitates incōſtantiā cupiditatē.&c. articulus ē.
Qm̄ quidē furtu; nuſq̄ reprehendis.&c. diſſolutū ē.
Affers faciem nouā nomē uetus.&c.articulus ē.
Cur nō pergami ſmirne tralibus.&c.articulus ē.
Otiū te delectat lites turbę.&c.diſſolutū ē.itē articulus.
Aminthus ē genere honore extimatione.&c.articulus ē.
Sciūt hoc oēs nobiles.&c.repetitio ē.Itē diſſolutū.
Reſtituat uxorē reddat miſero patri filiā.&c.diſſolutū ē.
Filiam filiā inquā erūnoſo patri.&c. cōduplicatio ē.
Sed quero uſu coemptione uſu nō potuit.&c.diuiſio ē.
Litem⁹ igit Lentulo parētem⁹ Cethego.&c. diſſolutū ē.
Harū rerū auctores duces principes.&c.articulus ē.&c.
Vis abſit ferrū ac lapides remoueant.&c.diſſolutū ē.
O dii īmortales quid hoc miſerius.&c.exclamatio ē.
M.aquilium pr̄es nr̄i.&c.exēplū ē. aliqua quę ſequūt.
Dabit de ducibus auctoribuſq; cōſeruāde ciuitatis.&c.repetitio.
O nox illa quę pene ęternas.&c. hic ē exclamatio.
Tu tn̄ flacce p̄tor cōis exicii nūcios.&c.repetitio ē.
O nonę ille decēbris.&c.exclamatio ē.ſilr̄ pa; infra O nox.&c.
Miſeremini familię iudices: miſeremini fortiſſimi pr̄is: miſeremini filii.&c. hic ē color repetitio.

Explicit pro.L.Flacco.

Xiconis Polentoni argumenta ſuper aliquot orationibus & inue
ctiuis Ciceronis: ad Iacobū de aluarotis legū doctore Patauiū
clarum incipiunt.

q Voniam longitudo ſcripturę ſtudioſi etiam īge
nium perfatigat: ut in fine aliquādo quod in prin
cipio uiderit ſit oblitus. placuit ad tironū uſum
argumenta conſtruere ſuper nōnullis orationibꝰ
& inuectiuis Ciceronis: cum Antonius luſcus ui
centinus orator illuſtris ſuper undecim iam ſcripſiſſet. genꝰ prę
terea conſtitutionē & diſpoſitionem oſtendere non abnegauerī
ea potuiſſe ac debuiſſe: tum ad artem: tum ad hyſtoriam explica
tius dilatari. ſed me certa ſic artauit occaſio de maximis pauca te
tigerim: & ueluti pictor qui anguſta tabella amplitudinem orbis
oſtendat imaginem grandis rei ſolo prauo ſignauerī: quare ſta
tueram hęc ipſa ceu plebeia: ſine principio: ſine nomine exhibere
uerum quia fuiſſe audio quos nō pudeat aliena cōmentaria ſuo
nomini arrogare non perpendentes ſe nimiū: atq; nimiū auidos
glorię multo plus infamię apud peritos homines q̄ laudis apud
ignaros adoleſcētulos promereri. Ipſe mihi cōſului ſub aliquo
exordio tibi cuiꝰ ſtudium nō minus oratoris q̄ forenſibus dele
ctatur hęc: licet forte minus integra uideantur dedicare: Subinde
rem equidem & ad iocoſam laudem procul dubio reputarem ſi
quiſq̄ ex his qui lato clauo promiſſo caputeo tuberoſis genis tu
mefacti ſe maximos rhetores ambiūt appellari: aliqua mea uelu
ti a ſe perfecta in publicum ſeminarent. Tu uero compater optīe
frueris argumētis iſtis: & ea qualiacunq; ſint habebis a me non a
quoquā alio emanaſſe.

Argumentum ſuper oratōne qua Tullius reuocatus ab exilio ſe
natui Romano gratias egit: quę incipit. ſi patres conſcripti. &c.

r Hetoricorum princeps Marcus Tullius Cicero Arpino ex
opido oriūdus Romam urbem tum orbem habena impe
rii unici continētem ſeſe contulit. In qua urbe q̄q̄ aduena & huī
lis genere haberet̄: ad maximos tn̄ magiſtratus & honores aſcen
dit. Cū aūt ſuſurreret̄ plurimū de coniuratōne Catelinę quā ful
uia mulier (ut teſtat̄ ſaluſtius) inhoneſta: ſꝫ utilis romano po. ob

inſolentiā curii concubinarii ſui propallauerat populus roman⁹ accenſus eſt ad conſulatū mandādū Marco Tullio Ciceroni. nā antea nobilitas extuabat & quaſi pollui conſulatū credebat ſi q̄ uix egregius homo nouus adeptus foret: ſed ubi tantę cōiuratio nis periculum aduenit: poſtpoſitis īuidia atq; ſupbia creati ſunt conſules. M. Tullius. &. G. Antonius. erat enim tum conſulatus dignitas in urbe maximus magiſtratus: at collegam ſuū antoniū nequid contra rempublicam ſentiret pactione prouīcia pepulit. prudenti itaq; diligentia ſua Cicero Catelinam expulit. expulſu; deleuit. cōiurationis principes lentulum qui prīcius & clariſſima gente cornelia conſulare ad ipſum imperiū quo nūc Cicero emi nebat habuerat: tum uero prętor erat: ac Cethegum ſtatilium ga binium ceparium carcerauit. carceratis demum per indices rerum capitalium laqueo gulam fregit: quibus tantis uiris nobiliſſimis infami morte ſublatis ea res q̄q̄ rempublicā liberaſſet: Ciceroni tamen multas & maximas conflauit. nam finito conſulatus offi cio auctorib⁹. P. Clodio Ceſonio Caluētio. Gabino. L. piſone & aliis qui tum reipublicę reſidebāt cicero in exilium datur: bo na eius publice diripiuntur: domus eius diruitur. dirupta in reli- gionis porticum ſub libertatis ſimulachro cōſecratur. Expecte bant enī ab eo Catelinam Cethegum & reliquos ueluti quos ipe odio non iure necaſſet promulgauerāt ꝙ nūquā Cicero ad patri am rediret niſi prius illi quos tam crudeliter (ut agebant) necaue rat reuiuiſcerēt: uolentes eum perpetuo exulare: cum impoſſibile homini humano ſit a mortuis reſurgere. uerū & illorum crudeli & iniquo magiſtratu exacto Cicero multo maiori honore & lę titia reuocatus eſt q̄ dedecore & dolore pulſus fuerat. quāobrem ne ingratus tanti beneficii uideretur in pleno ſenatu omnibus in genere: & ſingulis in ſpecie qui ſalutem ſuam opati fuerant: hac inſigni oratione gratias refert: innocētiam ſuam perfidiam emu lorum ſenatus totius populi romani: ac demū uniuſcuiuſq; qui repatriationi cauſam dederāt beneficium cōmemorans dicit ſeq; confutādo iniuriis obliuiſci q̄ ulciſci malle cum ſatis ſibi futurū ſit nō ſolum ad referēdam: ſed ad cōmemorandā gratiā eorū q̄ rū bñficio & uirtute reſtitut⁹ ē. dicit etiā ſe maluiſſe furori cōſu lis & tribuni plebis emulorū cedē q̄ reſiſtendo piculū ī rep. ponē

Eſt itaq; hęc oratio conſtituta in genere demonſtratiuo cum ui-
tuperet eos a quibus relegatus eſt: & laudet eos a quibus reuoca-
tus eſt. conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio autem non ab ar
tis inſtitutione: ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accomo
data. Primo enim ponit exordium. 2° confirmationem interpo
ſitis aliquibus narratiũculis. Vltimo pouit concluſionẽ per enu
merationem.

Argumentum orationis quę incipit. quod pręcatus a Ioue opti-
mo maximo. &c. qua Cicero ad quirites ſeu populum romanum
innocẽtiam ſuam excuſans de reſtitutione ſua in patriam gratias
agit.

c Icero ſicut in argumẽto pręcedentis orõnis qua ad ſenatũ
gratiarũ actiones cõmemorans quantum ab uniuerſo ſena
tu: quantum a ſingulis pro eius reſtitutione operatum fuerit di-
ctum eſt ſic & in iſta quoq; notabili oratione & diuina pene elo
quentia apud quirites ſeu populum romanũ excuſat ſe dicens nõ
eius culpa ſed odio damnatum exilio fuiſſe: & ut magis augeat
beneficium: & ut exilium ſibi cõmodum fuiſſe oſtendat: dicit
ꝙ non ſenſerat prius ſicut poſtea ſenſit: q̃ iocundum foret frui
patria fratre cęteriſq; amicis & fortunis ſuis: & ꝙ ĩtellexit magis
carendo q̃ fruendo quid haberent uoluptatis. quodq; bonos di
gnitas: locus: ordo: beneficia. q̃q̃ ſibi ſemper cariſſima uiſa fue
rint: tamẽ ea nũc remota illuſtriora uidentur q̃ ſi ſublata ſibi ſeu
obſcurata nõ fuiſſent. dicit quoq; nedum ſibi ſed nemini fuiſſe
tantam eloquẽtiam ꝙ magnitudinem multitudinemq; benefici
orum quę ad eum fratrem ſuum & liberos contulerunt: non mo
do augere: aut exornare oratione: ſed enumerare poſſet. comme
morat etiã & auget beneficia p. r. in eius optata reſtitutione: inno
centiam quoq; ſuam oſtendit dicens non exulaſſe reatu ſuo: ſed
quia egerat conſeruãdę ciuitatis cauſa quę improbi homines no
luiſſent. quodq; Cicero frater & G. Piſo gener nõ implorauerũt
gratiam a populo pro eo ꝙ exularet aliquo crimine: ſed propria
uirtute auctoritate ſenatus reſtitutꝰ eſt: cum ſibi non fuerit mul
titudo propinquorum: ut fuit P. pompillio: & Quinto Metel
lo: qui tribuniciis rogationibus nulla auctoritate ſenatus reſti-
tuti ſunt: neque ſibi fuerunt armatae uires. ut Gneo Mario: qui

nō modo non a ſenatu: ſed oppreſſo ſenatu reſtitutus eſt. & ꝙ ipſe Cicero certare armis cum potuerit noluit: quoniā & uincere & uinci luctuoſum reipublicę fore putauit. confutat etiam ſeu remouet ꝙ de eo timeri poſſet: cum lęſus quiſqȝ ad uindictam tēdat: dicit certe ſe futurum fidelem ut ſemper fuit atqȝ nullatenus uindictam quęſiturū. hęc igitur oratio eſt in genere demonſtratiuo. conſtitutio coniecturalis eſt. diſpoſitio uero non eſt ab artis inſtitutōne profecta: ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accōmodata. Nam primo ponit exordium per quod. quia genꝰ eſt dubiū captat beniuolentiam. deinde confirmat. poſtremo cōcludit per enumerationem.

Argumentum ſuper oratione quę incipit. Cum multa diuinitus qua reſtituendam ſibi domum eiꝰ per clodium conſecratam ad pontifices perorauit incipit.

d Vabus uti ex pręmiſſis orationibꝰ oſtenſum eſt ciceroni ex eo ꝙ patriam a cōiuratōne Catelinę ſeruauit multi emuli ſuccreuerūt. inter quos. P. Clodius tribunus plebis: conſenſu conſulum ei interdixit: ne in ſenatu iret atqȝ poenam ſtatuit illis qui ſibi in aliquo ſubuenirent. diripiunt quoqȝ bona ſua. domū autem eiectis uxore & filiis funditus diruit: & ad perpetuę ignominię memoriam diruptum in porticum ſimulacro deę libertatis conſecrauit. Verum Cicero & ſi (ut ait) potuiſſet armis furori tribunitio reſiſtere: pro cōmodo tamē reipublicę ut exul cedere maluit. tandem cum caritas nedum: ſed fames frumenti iſto P. Clodio autore orta omnem ciuitatem opprimeret totius populi concurſu & auctoritate ſenatus Cicero ueluti qui ſumma prudētia ſemel patriam ſeruauerat: & qui poſſet huic caritati remediuȝ inuenire reuocatus eſt: & integre ad ciuilitatem & ad honores reſtitutus. In ſenatu autē rogatus de annonę grauitate ſententiam dicere onus huiuſmodi prouiſionis impoſuit. G. Pompeio: qui ſua integritate annonę prouideret: petiitqȝ a ſenatu domum ſibi religionis umbra ſurreptam reſtitui. Porro. P. Clodius contra obſtabat non debere reſtitui: accuſabatqȝ eum ꝙ extra ordinem impoſuiſſet onus annonę. Gn. Pom. ſenatꝰ uero ex ſentētia. M. bibuli delegauit hāc qōnē de reſtituēda domo collegio pōtificū corā qbꝰ. p. clodius uti ex hꝰ orōnis breuis elicit̄ ꝑus uerba fecit

deinde Cicero hac egregia oratione reſpondit diluendo primū obiecta. Deinde oſtendendo ſibi domum debere reſtitui: nec potuiſſe iure conſecrari: neq; conſecratam eſſe orans pontifices non patiantur eum quem.P.Clodius & omnes boni cuſtodem patrię iudicaſſent: pati eandem penam qua afficiūtur reipublicę euerſores.ſcilicet domum ſuam taliter ſub religione teneri. Hęc itaq; oratio longa & pene diuinitus exornata in genere iudiciali conſtituta eſt.nam continet excuſationē ſeu defenſionem.Conſtitutio autem multiplex eſt:ſed principalis uidetur iudicialis aſſumptiua.interponit etiā ſuſpitiones quaſdam ex conſtitutione cōiecturali:quare putēt pontifices domum eius non iure ſed prę ter inſtituta & odio conſecratam.diſpoſitio eſt non ab inſtitutione artis profecta ſed ad caſu; tēporis oratoris iudicio accōmodata.Primo quidem ponit exordium ſeu inſinuatione;.nam cū turpe uideri poſſit domum diis īmortalib9 conſecratam repeti & etiā cum auditores uti aduerſarius dixerat ſibi irati uiderētur: & eorum anim9 eſſet ab aduerſario perſuaſus: utitur inſinuatōe captans beniuolentiā ne qua pars turpitudinis ſibi obeſſe poſſet deinde diuidit aperiens in quibus non cōueniat cum aduerſario exponenſq; res de quibus ſit principaliter dicturus ad purgationem ſui repercutiēs in aduerſarium obiecta in ſe tandem illā purgationem concludit per enumerationē.demū poſt purgationem uenit ad cauſam principalem de domo ſibi reſtitueda: oſtēdens eam nullo iure ſacratam.& ibi etiam prius diuidit petēs ueniam de tam multis dictis extra cauſam & pollicet̄ ſe exinde pauca dicturū.poſtremo cōcludit per cōmiſerationem.

Argumētum orationis quę incipit.ſi quis iudices.&c.qua Tulli9 M.Celium de beneficio accuſatum coram iudicibus defenſauit incipit.

c Riminat̄.M.Celius clare indolis & diſcipulus Ciceronis per Attratiniū.L.Herennium & Balbum ꝗ a Clodia:quę erat ſoror P.Clodii & nupſerat.Q.Metello aurum mutuo ſumpſiſſet & ei poſtea ne reddere cogeretur uenenū per licinium paraſſet: proptereaq; corrumpere ſtuduiſſet ſeruo clodię ſed cum id ſerui Clodię reuelaſſent Clodiam ordinaſſe ſeruis: locum darent Licinio ad balneas Baias: & clam miſiſſe amicos qui

Licinium cũ traderet ſeruis Piſidẽ ueneni in manifeſto delicto comprehenderẽt.at uero dicunt accuſatores licinium amicorum Clodię inſidiis patefactis dimiſſa piſde e manibus aufugiſſe ad probandum crimen adducunt ꝙ M. Celius ſit iuuenis laſciuus: impudicus:ſpetioſus: ſeceſſerit a patre domũ ſibi emerit.fuerit unus ex conſciis cõiurationis Catelinę: uerberauerit ſenatorem uxores aliquorũ de nocte a cena redeuntiũ atraxerit. Erant itaq; accuſatores pro clodia multi ſed infeſtior erat Attratini9:quoniam.M.Celius patrem illius crimine ambitus in iudicium uocauerat unde ſub pietatis ſpecie indixerat. iudices etiã dieb9 feſtis & laudis hanc cauſam audirent. Cõtra uero has accuſationes cicero.M.Celium familiarẽ & diſcipulum ſuum:& dicẽdi arte peritum defendit hac oratione elegantiſſima:in qua mirabiliter diluit & confutat crimina obiecta per aduerſarios: oſtendens patẽtiſſimis cõiecturis.M. Celium non eſſe reum. demũ contra clodiam ueniens dicens ſibi turpe muliebres inimicitias agere:introducit ueluti ab inferis quendam cecum: qui pro eo loquẽs mulierem obiurget.Exinde introducit etiã fratrem quẽdam minorẽ ipſius Clodię:qui ab ea quęrat cauſam cur.M. Celium accuſari uoluerit.Excuſat etiã curſum iuuenilis uitę dicens ferẽdum eſſe ſi iuuentus pareat pudicitię ſuę:ſi tamẽ non ſpoliet alienam non effundat patrimoniũ:non inferat obprobria caſtis labem ĩtegris infamiã bonis ſi poſitio aliquem interimat ſi non interſit inſidiis ſi careat ſcelere ſi reuocet ſe aliquãdo ad curas rei domeſticę: & rei forenſis uti fecit.M.Celius cui ineſt ratio bonis artibus inſtituta:& cura ac uigiliis elaborata. Oratio equidem iſta ẽ in iudiciali genere conſtituta.nam continet defenſionem. Conſtitutio eſt cõiecturalis. Diſpoſitio autẽ eſt non ab inſtitutione artis profecta:ſed ad cauſam temporis oratoris iudicio accomodata Primo ſiquidem ponit exordium per quod cum cauſę gen9 honeſtum ſit multum nititur circa ea quę in exordiis requiri ſolent Deinde utitur diuiſione.deinde confutat quę ad cauſam faciũt in ſpeciali de auro ſumpto & ueneno parato.inſerit etiã narrationem breuem:ſimplicem:dilucidam: per quã exponit cũ attenuatione accuſationem. demum uenit ad concluſionẽ: ſed finis deeſſe uidetur.

Argumentũ ſuper orone quę ĩcipit. Si auctoritates patronoꝝ.&c. quã Cicero pro. L. Cornelio gaditano de illegitima ciuilitate accuſato ad iudices habuit. Incipit.

l Vtius Cornelius hiſpanus gente gaditan⁹ patria uir armis & fide probatus in pͥmum uirtutis a Gneo Pompeio imperatore ſeu conſule romano ciuilitate urbis donatus. & a G. Cęſare pręfectus fabrũ creatus, uerum glorię ipſius & honoris emuli nõnulli effecti ſunt: unde accuſat⁹ eſt iudicibus ꝙ nactus ciuilitatem fuerit contra leges & fędera. dicit tamen accuſator Gneũ Pompeium donaſſe eum non ſcienter ſed ignorãter cum neſciuerit id legibus prohiberi. At uero defenſores eius fuerunt Gn. Pompeius ueluti qui amicus patron⁹ largitor fuiſſet & M. Craſſus amiciſſimus ſibi: ac demum. M. Cicero qui eum hac elegantiſſima oratione defendit oſtendens Gn. Pompeium ſciuiſſe leges: & ei licuiſſe donare & leges non obſtare.&c. Eſt itaqꝫ hec oratio principaliter in iudiciali genere conſtituta. incidit tamen etiã genus demonſtratiuũ cum Gneũ Pompeium & Lutium Cornelium laudet. poſſet etiam dici ꝙ incidat genus deliberatiuũ cum dicat. L. Cornelio inimicari multos non propter. L. cornelium ſed quia amicus ipſius Ciceronis ſit: & ſuper eo conſulat prouidendum. Conſtitutio autem eſt iuridicialis abſoluta cum dicat iure donatum. Eſt etiã aſſumptiua per remotionem criminis: cũ dicat a gneo pompeio donatum. Eſt item legitima ex ſcripto & ſentẽtia cum de interpretatore legum agat. intercurrit cauſe conſtitutio coniecturalis cum oſtendere nitatur eum accuſari odio & inuidia nõ per proprios ſuos ſed per amicorum ſuorum emulos. Diſpoſitio uero eſt non ab artis inſtitutõne profecta ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primo enĩ exorditur. Secũdo diuidit. Tertio confirmat iure donatũ. Quarto intermiſſa etiam captatione beniuolentię & diuiſione confutat aduerſarii ĩterpretatõnẽ legũ. demũ concludit ꝑ cõmiſerationẽ

Argumẽtũ ſuꝑ oratione quę incipit heſterno die. quã Tullius reſponſi ĩterpretationẽ factam ꝑ P. Clodium falſam fore ſed periculum reipu. pręmõſtrare oſtendit.

b Ic ille P. Clodius qui tribunus plebis conſenſu Piſonis & Gabini conſulũ: ut ex pręcedẽtibus argumẽtis & oronib⁹

prę monſtratur Ciceroni ſenatum & cõmunionẽ ciuium interdi xerat: bona eius uxorem & filiis excluſis diripuerat: domum di ruerat: diruptam in porticum deę libertatis cõſecrarat: & ne reſti tueretur: neq; reedificaretur quãtum potuit obſtiterat. cu; ſenat⁹ auctoritate conſenſu populi Cicero reſtitutus foret: & eius do mum liberam fore ab omni religione pontifices iudicaſſent con tentionem habuit in qua dixit ſtrepitum cum fremitu in agro la tino auditum eſſe: quem ex reſtitutõne conſecratę domus religi onem uiolatam ſignificare ex aruſpicum reſponſo dicebat: quę ſtus quoq; multum ẽ religionem taliter pollutã reſtitutione illi⁹ domus quam ipſe propriis manibus conſecraſſet. Demum etia; frequenti ſenatu qui equitibus romanis dabatur impedire cauſa; publicanorum uoluit: & minatus ẽ tacita uoce ciceroni: quare ex curia eiectus fuit. uerum quia eiectione iſta nõnulli arbitrabãtur Ciceronem uehemẽtius q̃ ſapienti homini conuenire elatum: & aduerſus illum inimicum ſuum nimium iratum fore. Cicero ad excuſationem ſui & ad accuſationẽ emuli hanc elegantiſſimã & ornatiſſimã orationem recte Tulliana eloquẽtia confertam ad ſenatum habuit per quam dicit ſe iratum duob⁹. ſcilicet Piſoni & Gabino: qui cõſules eum quem defendere debuiſſent arbitrio & furori emuli prodiderunt. non autẽ ſe iratum P. Clodio cum ipſum puniendum dimittat Tito Annio: cui deuota & conſtitu ta hoſtia ipſe Clodius uideatur. Nititur quoq; oſtendere q̃ ridi culoſa fuerit illa contio in qua is de uiolata religione cõqueſtus ſit qui uiolator religionis & impudicę uitę ſemper fuerit. Nitit̃ quoq; oſtendere illum ſtrepitum nõ ſignificare uiolationem reli gionis ſed prę monſtrare mutationem ſtatus ex diſcordia optĩa tum & ita aruſpices reſpondiſſe: eamq; cõmutationem timendã eſſe ob ſceleratam mentem. P. Clodii: & propterea conſulit pro uidendum eſſe ne ſtatus reipublicę cõmutetur: & conſtituendas eſſe diis procurationes & obſecratõnes: quẽadmodum ex reſpõ ſis aruſpicum monẽtur. hęc quidem oratio eſt in genere delibe ratiuo. Conſtitutio ẽ legitĩa ex cõtrouerſia ſcripti & ſentẽtię. ſ. reſponſi aruſpicum. Eſt etiã conſtitutio coniecturalis. Diſpoſi tio eſt nõ ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primo enĩ exordit̃. Deĩde narrat

Tertio confirmat primã partẽ intẽtionis ſuę.poſtea ſecũdaꝫ. demũ concludit per amplificationẽ.

Argumẽtũ ſup orone quę incipit. Si qñ inimicorũ.&c. quam Tullius pro ſeipſo in exiliũ cedẽte metu.P.Clodii ad ſenatũ & milites habuit.Incipit.

c Iceroni tum quia nouus homo & alienigina uirtutum meritis & ciuilitatẽ & ad ſummos magiſtratus aſcenderat: tũ quia in conſulatu ſuo extinxerat flammã q̃ reipublicę ex coniuratõne Catelinę uehementiſſime imminebat:multi odio & inuidia inimici conflati ſunt.quorũ acerrimus.P.Clodius fuit. Hic nanqꝫ & cõmunionem & ſenatum interdixit ſibi:ita(ut ipſe ait) nõ accuſatus ſine iudice:ſine teſte.ſine crimine:ab emulo pulſus ſit.Quare iſta elegantiſſima oratõne populi romani animos nititur cõcitare ad comprimẽdum furorem P. Clodii tribuni plebis:qui non modo ad ipſius Ciceronis ſed ad totius reipublicę perniciem talia permolitur.dicit tamen ſe cedere malle omnium ſalutis cauſa q̃ manus conſerant:inter eos erat quoqꝫ & deos immortales & ſenatum & equites ei qui ſua uirtute rempublicã ſaluam fecit auxilio ſint:& eius liberos & neceſſarios recipiãt & defendant.Sunt tamen qui hanc orationẽ Tullianam eloquentiam non ſapere ſuſpicentur. Verũ quicũqꝫ fuerit auctor ipſa in genere deliberatiuo conſtituta eſt. Conſtitutio ẽ cõiecturalis. Diſpoſitio uero ẽ non ab artis inſtitutione profecta:ſed ad caſum tpis oratoris iudicio accõmodata.Primũ ſiquidẽ exordit̃ in gñe honeſto.Secũdo confirmat ĩtermixta etiã aliqua confutatione.Demũ concludit per cõmiſerationem.

Argumẽtũ ſup orone quę incipit. Si qs ante iudices.&c. Qua Cicero defendit corã iudicibus P.Sextium de ſeditione per P. Clodium accuſatũ.Incipit.

p Vblius Clodius qui tribun⁹ plebis homo:ut uult Cicero facinoroſus permittẽtibus.L.Piſone & Gabino cõſulib⁹ quorũ alter negligens & lautius: alter horridus & ſimulatus erat omnẽ ſtatum reipublicę peruertit:cũ bonis ciuibus qui plurimũ poſſent noua ſed falſa crimina dietim opponeret.in Ciceronem etiã contra fidem datã Gn. Pompeio tandẽ exarſit eumqꝫ diruta domo direptis bonis excluſis uxore & filiis ciuitate pepulit

cum eius furore; ſi uoluiſſet Cicero reprimere potuiſſet. his motus Gn. Pompeiꝰ: qui uirtute ſua imperium populi Romani orbis terrarum terminus diffiniſſet ſenatũ habuit: quem ſua auctoritate rogauit decerneret ꝙ Cicero remaneret. Quare P. Clodiꝰ conſilium iniit interficiendi Pompei. patefacto autem conſilio Gneus Pompeiꝰ tãdiu incluſus domi fuit: tandem ſuffragio P. Lentuli. L. Cotte Milonis & aliorum bonorũ uirorum referentibus acto tribunis decretum eſt Cicero repatriaret pro cuiꝰ ſalute miſſus eſt P. Sextius ad Gneũ Cęſarem tunc in Gallia bella gerẽtem. Nam. P. Clodius ſeminauerat hoc ſe facere conſenſu Gnei Cęſaris Pompei: &. M. Craſſi. Cũ autẽ dies conſilii habendi ueniſſet &. P. Clodius in iſtos arma paraſſet. Q. Fabricius amicꝰ Ciceronis & P. Sextius qui etiã tribunꝰ plebis erat aggregata manu ſeruorũ multa nocte taciti Caſtoris templum occupauerũt & ibi aduerſariorum conſilia ſcrutabantur. At P. Clodius pręoccupatus foro & curia in amicos Ciceronis impetũ fecit: ibi occiſis uulneratiſꝙ multis P. Sextiꝰ adeo uulneratus eſt ut pro mortuo relictus in templo uix euaſerit. pręterea accuſauerũt Clodiani P. Sextium & Milonẽ quos prius defendit Hortenſius: qui ſua oratione crimina diluit. demum Cicero hãc orationẽ pro eis ad iudices habuit. Quę oratio eſt in genere iudiciali conſtituta. Incidit tamen genus demonſtratiuũ. Conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio ẽ nõ ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum tpis oratoris iudicio accomodata.

Argumẽtũ orõnis quę ĩcipit. Si tua tantũmõ uatinii ꝛc. quã Cicero cõtra uatiniũ falſo teſtificatũ habuit. Incipit.

g Entis Romanę origine ſ; nõ uitę integritate Vatinius colloquium cum albino uanno: & T. Claudio habuit eis conſilium dedit accuſarent. P. Sextium. T. Cornelium & T. Anniũ ꝙ ad tutelam Ciceronis nocte amicorũ & ſeruorum manu collecta in templo caſtoris impetũ feciſſent in P Clodium tri. plebis cuiꝰ odio Cicero exulauerat nec obſtante ꝙ patrocinator in conſulendo accuſatoribus fuiſſet & teſtis aductus calcato ueritatis dicende iuramẽto negauit ſe conſuluiſſe & colloquiũ habuiſſe Pręterea qm̃ Cicero accuſatos defenderat: Vatiniꝰ maledicebat Ciceronem ꝙ tyrannice quodãmodo uiueret niteretꝙ potentia

opprimere bonos ciues dicẽs multum diſplicuiſſe bonis accuſatos per Ciceronẽ fuiſſe defenſos: pluraq; alia diſſeminabat Vatinius in Ciceronẽ in odium ciuitatis induceret. Cicero autem coram. L. Lentulo flamine Marciali iudice hac elegantiſſima oratione oſtendit Vatinium conſultum conſcium inſtructorem & ſubornatorem accuſantium periurũq; fuiſſe: ſe uero defendiſſe amicos iure & conſenſu bonorum ciuiũ a quibus potiſſime impellitur. hanc orationem habere ad frangendam audaciam & retardandam loquacitatem uatinii: licet ex ſentẽtia ſua ſtatuiſſe ſilentio prętꝫerire cum uatinii uitę turpiſſime qualitas non mereret talem reſponſorem habere. Aperit quoq; q̃ ambitioſus ſit uatinius poſtulando ſe prętorem fieri: q̃ audax in conuocãdo cõſiliũ contra leges: q̃ nepharius in magiſtratu: & quatenus ipſu; in odiũ audientis ĩducat: & nomen tyranni oſtendat: non ſibi ſed Vatinio conuenire. Memorat hunc uatinium opprimere uoluiſſe uectii iudicio ipſum iudicem. L. Lentulum: necnõ L. Paulum ipſũ Tullium Gayum Piſonem generum ſuum. M. Laterenſem. demum ne ueſtigium corrupti iudicii appareret occidiſſe Vectiu; Meminit quoq; quę in. Q. Arii epulo fecerit. Ite; ꝙ pręter urbis morem legatum ſe fecerit geſtum legati iniuſſu ſenatus aſſumpſerit. ꝙ leges latas ab aliis q̃ a ſe non putet. ꝙ dicat ſe auxilio Cęſaris amici ſui omnia etiã inuitis diis & hominibus conſecuturum. ꝙ ſeipſum hac opinione decipiat cum ĩterrogatus Cęſar apud aquilegiam quid de quorũdam magiſtratu ſentiret: de uatinio dixerit uatinium gratis nihil feciſſe: cum omnia in pecunia poſuiſſet: & propterea amore carere debere. Iſta igit̃ oratio licet uideatur eſſe in genere iudiciali magis uidetur in genere demonſtratiuo uerſari. Conſtitutio equidem cõiecturalis eſt. Diſpoſitio autem eſt non ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum tẽporis oratoris iudicio accomodata. Exorditur enim primo. Secundo narrat. Tertio unũquodq; in ſe obiectum particulariter confutat & diluit: atq; eadem omnia repercutit & confirmat in Vatiniũ eſſe. Vltimo uero prępoſita amplificatione concludit per enumerationem.

Argumẽtum orationis quę incipit. Si quis ueſtrum. P. C. &c. qua; Cicero dicere ſententiam rogatus de ſortiendis prouintiis

babuit ad ſenatum.

i N decernēdis prouintiis cum Romano in ſenatu diuerſę ſententię baberentur rogatus Cicero ſentētiam dicere conſuluit remouendos eſſe. L. Piſonem: Gabinum: & Ceſoniū caluentium: qui conſulari imperio Syrię & Macedonię pręſidebāt G. autem Cęſari imperium in Gallos propagandum. Nā ut ipſe ait illorum auaritia turbati Barbari prouītias populabant: adeo ut Bizantii poſiti in gremio romani imperii oppidum relīquere arcem munire cogerentur: acq̧ ſpoliati a conſulibus populi etiā ſupmiſſa in imberna exercitu & miniſtris ſcelerum grauarentur: adeo ut. C. Caluentius niſi Virgilius legatus uir bonus & innocens obuiaſſet etiā inſignia e templis omnia diu ſanctiſſime cuſtodia abſtuliſſet. propterea ſenatus eorum litteris indicantibus res per eos bene geſtas non credi ſtatuiſſet: probibuiſſetq̧ ſupplicationes pro eis fieri. Nam & exercitus omnis uix ad unum uſq̧ eorum culpa delectus fuerat. Illas itaq̧ prouītias deīceps gubernari prętores conſulit: & imperium illis minime propagari cū ex interpoſitione temporis ciuium calamitas ſotiorū erumna ſceleratiſſimorum bominū impunitas propagetur: Ac uero Cęſar gētes gallicas quas priores imperatores reprimere potiuſq̄ domare ſtuduerīt: bello uix perfecto ſub ditione romana poſuerit. nam ſubactis cęteris gentibus bęc una gens reſtabat pręterq̄ ab occeano uſq̧ ad ultimum pontum omnia tanq̄ unum aliquem portū tutum & clauſum romanus populus poſſidebat. pręterea periculoſum reipublicę ſi Cęſari bellum Gallicum conſumare uolenti ſucceſſor quiſpiam mitterenur. quīimo ſi redire uellet cogendū fore meritumq̧ tum dicit bonoribus quibus ipſius ſentētia ſenatus munierat ſupplicatione. uidelicet quīdecim dierum dandum item illi ſtipendiū quo exercitum tenere poſſit. uerum ne qnēq̄ ī admirationē ducat q̧ illos remouēdos bunc confirmandū dixerit explicat ſe id rōne reipublicę dicere. non aūt ob cauſas amicitię uel odii quas aūt cū illis aut cū iſto gerat. Hui⁹ itaq̧ orōnis licet genus demōſtratiuum ex laude & uitupatione uideat̄ in eſſe tamē principalius deliberatiuū eſſe. Cōſtitutio cōiecturalis. Diſpoſitio nō ab artis inſtitutione profecta ſed ad caſum tpis oratoris iudicio accomodata. Nā p̄ exordit̄ in gn̄e dubio. z° diuidit

UPB

Tertio cõfutando aduerſariorū ſentētiā confirmat & concludit illos ex Syria & Macedonia reuocãdos. Deĩde cõfutat opinionē dicentiū Galliā aut ulteriorē aut citeriorē cū Syria cõiūgendā: ut Cęſari prouĩtia tolleret: & confirmat ei propagādū ĩperiū & dā dum ſtipendiū ut bellū ĩcoeptū pficiat: Demū explicans quā ora tionē amicitię & odii hēat cõfutãdo cõcludit p amplificationē.

Argumētū ſup quatuor ĩuectiuis quarū prima incipit. Quo uſq; tãde; abutere Catelina. &c. quas Cicero tum populi romani conſul cõtra Catelinam in rempublicā conſpirantem habuit.

l Vtius Catelina teſte Saluſtio Criſpo qui coniurationē h9 modi ſcripſit nobili gñe natus fuit magna ui animi & cor poris: ſed ĩgenio malo prauoq; huic ab adoleſcētia bella ĩteſtina rapinę cędes diſcordia ciuilis grata fuere: ibiq; iuuētutē exercuit corpus patiēs inedię algoris uigilię fuit ſupra q̄ credibile ē: Ani mus audax ſubdolus uari9 c9libet rei ſimulator ac diſſimulator alieni appetēs ſui pfuſus ardēs cupiditatib9 ſatis eloquētię ſapi entię parū uaſtus animus: ĩmoderata uel ĩcredibilia & nimis alta ſemp cupiebat. hūc p9 dñationē. L. Syllę libido maxĩa ĩuaſerat r. p. capiendę neq; id qbus modis aſſequeret̄ dū ſibi regnū pararet quicq̄ penſi hēbat. Agitabat̄ magis atq; magis animus ĩdieſq; fe rox ĩopia familiaris rei ſcelerū conſcĩa quę utraq; his artib9 auxe rat: quas ſupra memoraui. ĩcitabāt eū pterea corrupti mores ciui tatis quos peſſima ac diuerſa mala ĩter ſe luxuria atq; auaricia ue xabāt. corrupta nāq; in ciuitate ratus ē id qđ facillimū factu erat omniū flagitioſorum atq; facinoroſorum circū ſe tanq̄ ſtipato rū cateruas hr̄e. his amicis ſotiiſq; confiſus opprimēdę reipu. cõ ſilium cępit. ad hoc quietis rebus ipſi conſulatū petendi magna ſpes fuit: ſed pecuniarū repetundarum prohibitus reus cõiurauit de arripiendo dominiū qđ fuluia nobilis mulier inſolentia. Q. Curii cõſotii cognitū propalauit quo accenſis patrū ſtudiis. M. Tullius. Gn. Antoni9 cõſules declarant̄. At Tullius cui urbs eue nerat ad euitādū illi9 dolos & aſtutias & pquirēdū illius cõſilia uigilauit tādē manifeſta re apud. P. C. publico ĩ ſenatu in Cateli nā pñtē ĩuehit monetq; ut ex prĩa ĩuectiua liquet urbe diſcedat. Inde per ſecundam ĩuectiuam milites ſeu quirites in Catelinam hortatur: monetq; ſiqui ſunt coniurationis complices habeāt. ad

quirites item per tertiam qualiter conſpirationem nouerit mani feſtat: rogatq; grates agant diis & is dies perpetuo celebretur. Demum per quartam ſenatum conſuluit quid de cõplicibus captis agendum. Sunt itaq; hęc quatuor inuectiuę in genere demõſtratiuo inquãtum Catelinam uituperat. ſunt etiã in genere deliberatiuo inquãtũ conſulit. Conſtitutio uidetur gñaliter coniectural' Diſpoſitio uero ẽ nõ ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſu; tpis oratoris iudicio accomodata.

Argumentum ſuper conqueſtionibus ſeu inuectiuis habitis inter Saluſtium & Ciceronem quarum prima incipit. Grauiter & iniquo animo. &c.

ſ Aluſtius Criſpus illuſtri urbis proſapia ortus adoleſcẽtiã litteris dedit iuuẽtutem armis ſcribendo ocio ſenectutem fuit eni; prętor Iulii Cęſaris. poſt multa res geſtas populi romani ſcribere ſtatuit: plura ſcripſit ex quibus habetur bellum iugurtinum. habetur cõſpiratio Catelinę. habetur etiam hęc liuoroſa conqueſtio contra Marcũ Tulliũ Ciceronẽ qui & ſi arpino campanię oppidulo ex regione uolſcorum egenis parẽtibus originẽ habuiſſet ſuoru; tamẽ inopiam litterali ſtudio ſubleuauit. Rhetoricalis ſcientię prĩceps euaſit iuriſcõſult⁹ & philoſoph⁹ claruit conſul quoq; coniurationem Catelinę qua ignis urbi maximus ĩminebat extinxit: quibus ubi amorem fuerat meritus odiũ: ubi beniuolentiã inuidiam: ubi laudes ignominiam: ubi honores exilium: & demum ubi uitam perpetuam mortem crudam ſortit⁹ eſt. Nam inter cęteros glorię ſuę emulos Saluſtius inuidens illũ ſibi honoris gradũ pręſtare cui parentem claritate ſanguinis nobilitate ſe arbitrabatur merito pręponendum: conqueſtionem ſiue inuectiuam hanc habuit: quaten⁹ famam illius cõmiciis denigraret cui uirtute non poterat ſe adequare. Ad eam igitur Cicero ne tacendo aut faſſus: aut timidus putaretur per ſubſequentem conqueſtionem ſiue inuectiuã illi reſpõdit: atq; ardentius quo eloquentia notior & cauſa forte iuſtior ſibi erat. Cõſtitutę ſunt itaq; hę conqueſtiones in genere demonſtratiuo cũ alterũ uterq; uitupare ſtuduerit. Cõſtitutio equidẽ cõiecturalis ẽ. Diſpoſitio aũt nõ ab artis inſtitutione profecta ſed ad caſum tẽporis oratoris iudicio accomodata.

Concluſio operis.

b Abes cōpater optime munus boc: licet fortaſſe pręſtantię tuę uideaẽ exiguū: ex omni quidē numero oẽonum Tullii quas plurimas fuiſſe auctorū uetuſtorū elegatione compim⁹ dūtaxat uigintiunā priſcorum ſeu odium: ſeu negligentia nobis poſteris conſeruauit. Argumēta ſiquidē iſta duodecim ſunt: ut pote duo ſuper ſex īuectiuis in Catilinam: atq; Saluſtium. Reliqua ſuper x. oẽonibus ad diuerſa. At noſtri tēporis rbetor famoſius Antonius Luſcus ſuper xi. iam perſcripſit. Videris id commētum etiā gratulabor: ampliſſime quidē & argumēta poſuit & partes tetigit: & ad digitum colores oſtendit. Has meas ineptias qui leget irridebit fortaſſe & me quē ignotū alioquin prudentē cenſabat. boc iſto uno certior factus dementē dicet: ſed ſic experiendū ingenii cupido fecit: atq; neceſſitas ipſa coegit ut bęc iſta argumenta in eas oẽones in quas: neq; luſcus: neq; doctus quiſq̄ ſcripſerat pro uiribus amplecterer. Tu alia ſi nō ſatiſfecerint iſta guſtui tuo gratiora cōpones. Verū bęc ſic a me quātalibet emanata licet uti ſi ex ingenti cumulo auri nō omnē quātitatem: ſed pro loculi capacitate delegerim minus oẽonis proprie ſingulatī fuerint ante lecta ſtudioſis nouitiis reor intellectū apient: & īgredientibus aditum faciliorē oſtendent. Patauii ex ędibus ſolitę babitationis. M. cccc. xiii.

Xicbonis Polentoni argumenta xii. ſuper aliquot inuectiuis & orationibus Ciceronis ad Iacobum aluerotum iuriſconſultū Patauinū clarum fiuiunt.

b Ieronymus Squarzafic⁹ Alexandrin⁹. Reuerēdiſſimo in Chriſto pr̄i dn̄o Antonio Seracho archiep̄o Corinthienſi: & Reuerendiſſimi dn̄i patriarchę Venetiarum uicario Salutē plurimā dicit. Cum ſupioribus dieb⁹ humaniſſime pr̄ or̄ones eloquentiſſimi Ciceronis pcurrerē in illis mirū in modū delectatus ſum q̄ p̄ter ſententiarū grauitatē: qua ubiq; p̄clariſſimus auctor uſus ē. Tanta īgenii acrimonia: tāta dicendi copia ac ui: tāta elegantiarū crebritate & robore: tanta animi magnitudine: & tāto ſpiritu res ſuas agit: ut nemo meli⁹ nec p̄clari⁹ neq; elegāti⁹ facere poſſit. Q͛d cū h̄ opus digniſſimū eē pceperī ſumma cupiditate exarſit anim⁹ ad eas cognoſcēdas. Verū illę nō niſi ab eruditiſſimis iiſdēq; copiis rerū affluētibus hōibus pcipi poſſe exiſtimaui: Si cōmētarios quos nōnulli eruditiſſimi hoīes ediderūt in manibus h̄re ualerēt. & cū h̄ diu mecū meditatus eēm doctiſſimū atq; hūaniſſimū uirū Marcū barbū patritiū Venetū offendi: & ea q̄ mihi eēnt aīo cū eo agitare coepiſſe;. & poſtq̄ meā opīoe; bonā eē affirmauit. nō te fugit īqt fortaſſe hieronyme Antoniū Luſcū clarū uirū cōmētarios in xi. Ciceronis or̄ones luculētiſſime edidiſſe. & Georgiū Trapſuntiū: q nō minus gręcarū lr̄arū q̄ latinarū eruditiſſim⁹ hēbat̄. Qui cū olī ī hac āpliſſima urbe doceret or̄onē ſubtiliſſimā p.Q. Ligario abſolutiſſime ē cōmētatus: & ī ea qdē āpliſſime poſuit argumētū & ptes tetigit: & ad digitū (ut ita dicā) colores oñdit. ſic & Luſcus in oīb⁹ qb⁹ ipſe cōmētatus ē magno cū ſtudio abūdātiſſime oīa docet. Quos libellos ſi qs diligēter inſpicē uoluerit pcul dubio & facil'e uī earū or̄onū cognoſcere poſſet. & cū h̄ non ſolū meo iudicio ſ; etiā ab eruditiſſimo hoīe accepiſſē maxīo ſtudio eos libros & h̄ndos: & diligēter legēdos curaui. Licet ego & ſi ſępe al's uiderī: ſed non diligēter a me lecti minīe fuerāt: ſ; cū utilitatē quā nūc ſecū afferūt aīo aduertiſſe; conſiliū diligētiſſimi barbi atq; ſnīa & uera mihi & approbatiſſima uiſa ē. Quare p utilitate publica eos ī lucē dare curaui: & ut id aſſeq ualerē ſummoq; ſtudio cū Iohāne Coloniēſi mercatore optīo & ſotio ſuo Iohāne gerretzē cōtēdi. ut queādmodū oēs cōmētarios iuris cīlis & pōtificaliū necnō oēs pene toti⁹ linguę latinę libros ſuis īpēſis īprimere feciſſent: hos nullo pacto p̄termittendos paterentur. Qui ut ſunt benigni: atq; humani facillime opinioni meę annuerunt.

quod opus ut ex omni parte magis abſolutum reddere ei duodecim argumenta Xichi Polentoni ſuorum temporū lr̄atiſſimi uiri ſimul īſerui. Iis p̄terea codicillis Aſconiū pedianū auctorē uetuſſimum & a multis auctoribus. & in primis a Plinio celebratum nō incōgrue adiunxi qui diuinus auctor q̄uis laceratus fere totus exiſtat attamen non mediocrem fructum ab ipſo libro habere poſſumus: cum multa in illo cōtineantur: quę alibi inueniri minime poſſunt. & hercle in principio magis epiſtolę meę q̄ in fine a me nominādus erat. Quamobrem defl enda ſunt ſuperiora tpa: quę adeo magna uel calamitate uel negligentia oppreſſa erant ut pręclariſſimū auctorem paſſa eſſet perire: & de hoc tam paruo fragmento habenda eſt magna gratia pręſtantiſſimo oratori Poggio Florentino: cuiꝰ diligenti indagatione auctor nobiliſſimus: qui per tot ſęcula in media barbarię ſepultus erat: magno cum labore atq; induſtria erutus eſt. Cum itaq; opus pręſentium librorum una cōpegiſſem ad quem potius dirigerē Archiepiſcope inſignis q̄ ad te: qui cotidie ī ſimili arte uerſaris iura reddendo. Nam quid aliud iÿ libri pręſtant q̄ ſenſum Ciceronis orationibus enucleare. Et qd aliud uult in illis Egregius orator Tullius q̄ ſuos defendere beniuolos atq; amicos quos ab iniquis uiris oppreſſos eē uidebat. Sic etiā foro tuo cū ad illū pridie ueni rem facere uidebā. Nam cotidie iuriſcōſulti de rebus maximis & grauiſſimis ante tribunal tuū diſceptant̄. Ex hoc reuerendiſſime p̄ſul te potiſſimū delegi: ad quē meā hanc dirigerē epiſtolā: Cū neminē habere cui rectius p̄ns opus deſtinare poſſem. Cuiꝰ ingenii uī optimūq; iudiciū ad cognoſcēdas cauſas perſpexerī Non itaq; alienū exiſtimaui ab inſtituto tuo hꝰmodi opuſcula quę de inſtitutione oratoria tradunt̄ ad te legenda mittere. Et ſi hos meos labores tibi gratos eſſe ſenſero: poſt ut ſpero maiores a nobis lucubrationes & fortaſſis etiā placidiora ad te mittere curabo. Vale foelix pater optime & me ut ſoles ama. Venetiis ex ędibus ſolitę habitationis 4° nonas Iunias. M.cccc.lxxvÿ.

ASCONIUS
PEDIANUS
—
COMMENTARIUS
CICERONI

VENISE
1477